quã ei donauit Macabæus Iacobitarũ rex. duæ autẽ ex vxoribus Mahumetis quarũ altera quidẽ dicebat Aiese/ filia Empi= pecer aliarum nobilissima/ altera autem Aasa filia Omar mo= uebant zelotypia in Mariã. quæ quedã die ad eum venientes: inuenerũt simul dormientem cũ Maria. & dixerunt: sic sic oportet facere ꝓphetã? qui verecundatus iurauit nũq̃ post hac cogniturũ Mariã. sicq; placatæ sunt ad iusiurandum. Pauco autẽ post id factũ elapso tẽpore: non potuit seipsũ continere. quare & legẽ tulit tanq̃ ex ore dei qui ei reuelauerit & sententiam tulerit in Alcorano in cap. Elmetearẽ, quod interpretatur vocatio vel anathema. vbi dicit o ꝓpheta quid ꝓhibes qd tibi concessit deus? gratificari queris tuis vxoribꝰ. iã tibi legẽ tulit deꝰ vt liceat tibi soluere tua iuramenta. sic peierãs cognouit rursus eã: dicẽs deũ ei remisisse iusiurandũ/ testãtibꝰ sup hoc Michaele & Gabriele angelis. & dixit ei vna ex vxoribus eius / o Mahumete valde studuit deus in tua cõcupiscentia. voluit autem ꝑter hoc dicere: forte deus te emulãs iniquo tecũ cõmunicauit ope. & addidit nunqd deꝰ ipse tibi hoc facere mandauit: quo niã tu hoc p os tuũ testaris? forte deus gratificari tibi querit & appropiquare tibi. ipse autẽ duabꝰ vxoribus totũ legit quod sequit in cap. verationis: et dixit tãq̃ ex ꝑsona dei. pœniteat vos coram deo accusationis vestre quoniã declinauerũt corda vestra/ cã intelligens qua cũ accusauerũt de icestu. sequitq; deinceps. si forte deus vos repudiauerit: dabo ꝓ vobis ei meliores vobis Sarracenas/ fideles/ diuites/ pœnitentes & orantes. Similiter aut fecit: quãdo cepit vxorẽ Zeith alũni sui. dixit aũt sup hoc / sententiam in cap. Elazeb ꝙ deus dixit. tu emularis in animo tuo quod deus ꝓpalat: & times homines sed iustum est magis timere deũ. cũq; repudiauit eã Zeith: dixitq; ei / ne ducas hanc i vxorẽ apostole dei. & respondit Mahumetes: ve tibi/ deꝰ michi hanc dedit. q postea de seipso hoc diuulgauit dicẽs ꝙ deus hanc ꝓphetæ dedit. ecce p maius: minus peccatũ occultauit. etenim ipse Mahumetes dicit nullũ maius peccatũ esse q̃ deo mendaciũ imponere. Itẽ nullũ vsq; adeo inter prophetas peccatum est intolerabile/ vt intemperantia & imundicia: cũ spiritus sanctꝰ nõ tangat ꝓphetica corda in actionibus venereis vt dicit Hieronymꝰ. & phũs dicit ꝙ in huiusmodi actionibus impossibile est hominẽ speculari. Est igitur omnino irrationabile: tã salutaris legis (vt ipsi dicũt) ministrũ & ꝓphetã carnalissimũ & imũdũ hominẽ esse. i quo ipse de seipso gloriatur: tãtã dicens vim inesse lumbis eius quantã i quadragita viris. tametsi deus eũ priuauit filiorũ sobole. vnã eni solam habuisse

filiā dicit. Irrationabilis igit̄ hæc lex ꝓpter legislatorē/ tū quia sceleratus & carnalis/ tū quia inscius & incertus / sicut & de seipso testatur in Alcorano nescire quid erit ei vel Sarracænis: ignorare vtrū ipse vel ipsi in via salutis sint an nō. ¶ Sed neq̃ p seipsam lex hæc est secundum rationem: quippe quę cōtinet nomina turpissima & earū rerū quas velari maxime carnalibus æquissimū est. in plurimis eni locis turpissio hoc verbo vtitur coeo: quod nulla alia lex facit. quo verbo vix poętæ ipsi comici vtunt̄/ quib9 materia est carnalia & turpia taxare: nisi forte raro sicut Aratus impudenter dixit nō timui coiēs. Hoc autē & ipse palā dicit: nō est homo i mūdo qui possit Alcoranū itelligere. Et quomodo mādauit deus hoc seruari: si non dedit & intelligi/ oportet aūt id agnoscere q̄ in Euāgelio nichil est qd̄ nō possim9 etiā intelligere fidei luie adiuti. ¶ Sed neq̃ ꝓpter doctrinā quæ in eo cōtinet̄ est secūdū rationem. dicit eni in multis locis deū mandasse angelis adorare Adā: & eos qdē qui nollēt/ fieri dæmones/ adorantes autē manære angelos. & quomodo deus mādasset idololatriam & vt angeli eū homini tribuissent honorē q soli deo dębębat. Itē et ratione doctrinæ irrationabilis est. in illa eni læge maxime necessariū (vt ipsi dicunt) hoc est: vt dicat̄ vbiq̃ q̄ nō est deus nisi de9/ & Mahumetes est apostolus ei9/ additq̃ & q̄ deus est magn9. sed q̄ annūciatio est ista/ null9 eni qui ratione vtit̄ dicere posset deum esse paruū. Itē ꝓpositio quæ dicit nō est de9 nisi deus / vera est per seipsam: & a nullo ei contradicit̄/ siue vnus sit deus siue plures & in omnibus værissima est talis duplicatio. nō est eni angel9 nisi angel9 & nō est homo nisi homo/ & nō est asinus nisi asin9. bos eni & canis nō est asinus. Quæ autē dicit/ Mahumetes est apostolus eius: valde est ambigua. Quæ igitur ratio connexionis harū duarū ꝓpositionū/ vni9 quidē p seipsam notę/ alteri9 autem p seipsā ignotę/ Quæ virtus vel quæ eius efficacia vt qcūq̃ hoc confiteatur/ de necessitate saluęt. ¶ Itē Mahumetes in prædicta lęge dicit q̄ omnes homines vnū erant & vnius sectę & vnius religionis: de9 autē diuersos eos fęcit/ q misit diuersos ꝓphętas. hoc autē neq̃ quousq̃ appareat verū esse potest. Maxime eni vnus deus qui maxime vnitatē & hominū salutē amat: non diuisisset homines in diuersas sectas & errores & ꝑditiones. sed hoc inuidia diaboli factū est & nęquitia hominū. ꝑmissione tamē dei qui permittit eos q nolunt crędere vęritati/ in diuersos errores incidere & ꝓlabi. ¶ Itē Mahumetes in prædicta lęge iubet tanq̄ ex ore dei interimi īfideles id est eos qui nō sūt Sarracęni. ¶ Itē dicit de eis q̄ non possūt recta cogitare:

cũ a deo nõ dęducant. deus autẽ eos nõ dęducit. Sed icõueniens est eos interimi propter id quod non possunt. qui autẽ non possunt: non cõueniens est cogere. quia nõ placet deo seruitus coacta. Interimi autẽ nisi credant/ vel aliquo modo simili impelli ad credẽdum: et ipse qui hęc mandat Mahumetes/ incõueniens iudicat et irrationabile. dicit enim in cap. Ione: si voluisset deus/ omnes iã credidissent qui sunt in terra/ et tu cogis homines vt credãt/ et nullꝰ potest esse fidelis: nisi hoc ei cõcessum sit a deo. hoc autẽ latius explicabimus in sequẽtibus in nono cap. ¶ Irrationabilis aũt est hęc lex etiã propter illa quę tractat. facit eni cap. proprium de formica/ et aliud de araneo/ et aliud de fumo. Cuiꝰ aũt gratia deus talia mãdauit de formica, et de fumo/ Itẽ dicit ꝙ nũq̃ deus parcere posset Sarracęno ostẽdenti terga inimicis suis et reliqua. Quod autẽ peccatũ fugere hominẽ in bello cũ videt seipsũ in periculo/ Sed voluit vel bellicosos ipsos vel audaces Mahumetes facere. ¶ Item lex quę iubet de lauatione/ irrationalis oĩno est. mãdat eni quãdo orare velint: lauare manus et vultũ et podicẽ et pudibunda et plãtas pedis et brachia vsq; ad cubitũ. Si autẽ nõ inueniãt aquã/ intingi manus in puluere: et post hæc admouentes manꝰ puluere illitas faciei/ puluere sufficienter vultũ illinire. Sed et si lauare rationabile: rationabilius iã esset lauare cor secundũ Hieręmiæ dictũ. Laua cor tuũ a næquitia: puluerẽ autẽ apponere vultui/ quã potest rationẽ habęre/ magis quidẽ quantũ lauare rationabile esset: tantũ puluere illiniri absurdũ est & irrationabile. ¶ Maxime aũt irrationalis lex hæc videtur quæ est de repudio. potest eni Sarracęnus repudiare suã vxorem et rursꝰ ei conciliari toties quoties huic placuerit vel displicuerit: sic tamen ꝙ post tertiã repudiationẽ nõ possit eam recipe/ nisi quis alter eam carnaliter cognouerit nõ existentẽ in menstruis. Si autẽ hanc cognouerit nõ sufficienter extenso testiculo: necesse vlterius hanc cognoscere sufficienter extenso membro. vnde quando volunt recõciliari cũ suis vxoribus: dant preciũ cæco cuidã vel alteri vili ꝑsonę q̃ cũ tali vxore cõuẽtura est/ q̃ post hæc testabitur publice et dicet se velle hãc repudiare. quo facto primꝰ potest eã sibi cõciliare. aliq̃n aũt tãtũ placẽt eis scdi: vt dicant nõ posse se ab illis separari. et tunc primus amittens preciũ et vxorẽ decidit a sua spe: quorũ lex nõ tantũ hominibꝰ quantũ animalibus ratione priuatis conueniens est. sed neq; deo qui omnia simul cũ ratione gubernat conuenit ¶ Maxime aũt irratiõalis hæc lex est secundũ finẽ et pręmia quę ꝓmittit. dicit eni ꝑ totũ Alcoranũ: beatitudo Sarracænorũ est irriguos hortos possidęre/ muliæres et pellices iuuenes/ værecundas et

pulchras purpureis vestibus indutas/ scyphos insuper aureos et argenteos p mensas abundantes et cibaria suauissima habere. hæc maxime numerat in cap. Elragman: quod interpretatur miserator. in libro autem de doctrina Mahumetis/ qui liber apud eos ē magnæ authoritatis: exponit ordinē cibariorū et dicit primū quidē esse ferculū eorū quæ illic sunt apponēda/ epar alim peput piscis/ valde suaue cibariū. et post ex successione arborū fructus. et descendens in eodē cap. interrogātibus eū quibusdā si et luxuriabuntur/ respondit nō fore beatitudinē si vlla illic deesset voluptas. sed potius inquit frustra essent omnia: nisi voluptas sequeret venerea. In hoc antē est omnis Alcorani intentio et totius Sarracænorum sectæ: beatitudinem maxime in venere et ventre cōstituere. et hæc non secundum similitudinē quandā vel exemplū dicit: sicut et sacra meminit scriptura cibariorū et mensæ in beata vita. de væra autē beatitudine vt de cōtemplatione dei vel de perfectione secundū animā: nullam omnino mentionē facit Mahumetes. propterea q neq; hāc cōcupiscit neq; apprehēdit. sola eni quę cōcupiscit: ea et promittit. in hoc eni aperte ostēdit se cōtrariū Christo et omnibus prophætis et philosophis/ et oībus qui ratione vtuntur: qui oēs passim consentiunt vltimā hominis beatitudinē esse in dei cognitione. sicut in Euangelio secūdū Ioannē dicitur. hæc est vita æterna: vt cognoscāt te solū verū deum. et Aristoteles dicit in quarto Ethicorū et duodecimo Metaphysicorū: q vita secundū intellectū optima est. que igit circa ventrē et venerea: pessima est. etenī obuiat/ fitq; impedimento bonitati intellect9. Sed qm̄ Sarracæni neq; dicta diuinæ scripturæ suscipiūt/ neq; philosophorum propter rationes in primo cap. prædictas/ redeundum nobis est ad quandam rationē quā ipsi irrationales existentes non possunt omnino negare. sit igitur ratio authoritas sine qua nulla valet authoritas. ostendendū est enim neq; in vētris neq; i intēperantiæ operibus: fœlicitatē hominis consistere/ neq; in futura vita locū habęre. constat enim nos cibos ad hoc sumere: vt corruptio quę posset accidere ex cōsumptione naturalis humidi/ euitetur et fiat augmētū. hæc autem duo nō erunt illic. omnes eni in cōmensurata quantitate resurgent/ nec postea mori valebūt/ vel alio quodam modo deficere. sicut et ipse Mahumetes in sua doctrina dicit: deus interimet mortē et post hec resurgent immortales et integri. assumptio igitur cibariorū nequaq est necessaria. similiter aūt neq; rerum venerearū vsus. quoniā neq; nunc est necessarius: nisi vt seruet secūdū speciē quod nō potest seruari in indiuiduo. ¶ Itē hoīes qui resurgent: vel semp viuent et semp nutrientur, et si semp nutri-

entur: cõsequẽs vt augeātur corpora/ vel sint illic egestiones & aliæ fœditates vt tantū resoluatur quantū sumitur cibi. quorū vtrūq; est incōueniens. ¶ Ad hoc autē respōdet Mahumetes in libro suæ doctrinæ dicens: ꝙ non erit illic egestio sordiū. sed purgatio p sudorē. & adducit exemplū pueri in vtero matris existentis: qui nutritur (vt dicit) & non egerit. Sed neq; exemplū hoc/ neq; ratio si quis diligenter respiciat: ad solutionē est sufficiens. Sunt enī quædā de pfectione impfecti/ quæ in re pfecta magnæ essent impfectionis. ¶ Itē si vsus rerū venerearum est illic: nisi frustra esset sequeret generatio/ sicut etiam nunc. multi igit nascentur post resurrectionē q ante resurrectionē nō fuerūt. frustra igitur intantū mortuorū resurrectio elongat: vt oēs simul qui eandē naturā habēt/ vitam capiāt. ¶ Item si beatitudo in liguriendo & multas mulieres habēdo est: qui post resurrectionē nascent nō poterūt esse beati/ nisi mulieres multas capiant. non poterunt autē cape neq; fœlices neq; infœlices. igitur remanebunt quousq; plures aliæ nascantur. & sic oportet plures quidē nasci mulieres/ paucos autē viros: sicq; i breui tēpore erit imperiū mulierū. ¶ Itē si post resurrectionem erit hominū generatio: qui gignentur vel rursus corrūpentur vel erunt incorruptibiles & imortales. nisi corrūpantur: multa sequentur incōmoda/ tumquia erit multiplicatio i infinitū / tū quia quorū erit generatio nō erit similis generatiōis terminus. homines enī p generationē quæ est ex semine nūc quidē corruptibilē vitā habēt: tūc incorruptam habebunt. & præter hæc omne genitū corruptibile esse necesse est: quia generatio & corruptio sunt cōtraria & circa idē. Si autem q tunc gignētur homines/ corruptibiles erūt & morient: si rursꝰ nō resurgēt/ sequitur illorū animas semp manere separatas a corporibus. quod ē inconueniens/ cum sint eiusdē speciej cū animabus eorum qui resurgent, si autē & illi resurgent: oportebit & illorum resurrectionē alios rursus expectare/ vt eis cum alijs omnibꝰ q eandē naturā participant/ donū resurrectiōis cōferatur/ & duæ imo infinitæ erūt resurrectiones & infinita nouissima iudicia. ¶ Item ipse Mahumetes vnū solū ponit diē resurrectionis: in fine mūdi/ sc; diē iudicij. de resurrectiōe autē illoꝝ vel natiuitate: nullā omnino mentionē facit. ¶ Itē nulla ratio esse videt quare oporteat quosdā expectare ad simul resurgendum: si nō oportebit omnes expectare. Si autē quis dicat ꝙ in ijs qui resurgēt/ erit vsus cibariorum & rerū venerearū. sed neq; ppter cōseruationē vel augmentum corporis/ neq; propter humanæ speciei augmētum vel pmansionē/ at solū propter voluptatem

quæ talibus actionib9 accidit vt nulla voluptas hominib9 desit in extrema mercedis retributione/ sicut apte Mahumetes i libro de doctrina sua dicit. Manifestū igitur q hoc multis modis inconueniēter dicitur. Primū quidem quia resurgētiū vita erit melius ordinata q̄ hæc præsens existat. in hac aūt vita ior dinatū quoddā esse videtur: si quis ꝑpter voluptatē vtatur cibarijs vel rebus venereis/ & nō potius ꝑpter necessitatē cōseruandi corpus vel ꝓcreādi filios. & hoc ratiōabiliter. voluptates enī in prædictis actionibus non possunt esse actionū fines. Sed ecōuerso potius natura ad hoc voluptates in his actionib9 ordinauit: vt nō ꝑpter laborē animalia ab his necessarijs natu ræ operib9 elōgarenī. quod accidere posset nisi voluptates animalia ꝓuocarēt. ē igiī ordo ꝑposter9 si ꝑpter voluptates actiones hæ ꝑficerenī. nequaq̄ igiī ijs q resurgēt quorū vita ordinatissima supponiī: taliū erit vs9/ & multominꝰ i talib9 futura esset fœlicitas. aliter enī qd ꝓhibet & reliq̄ irratiōalia aialia fœlicia eē q̄ i prædictis actionib9 nobiscū cōmunicāt/ ¶ Itē si i his actionib9 extrema hoīs fœlicitas ē sicut Mahumetes palā dicere videī: cui9 gratia nūc oportet ab his cōtingere/ & nō poti9 die et nocte comedere/ bibere/ iebriari et ligurire/ vt & hic fœlices esse possimus? Sed apud omnes homines et apud Sarracenos ipsos: honorabilius videtur ab huiusmodi abstinere. habēt autem et quosdā viros cōtemplatiuos: quos maxime laudāt. Sed quoniam fatuum est valde rationabiliter loqui cum homine prudentia omnino priuato/ liceat aliquātisp simul ineptire & dicere si in talibus actionibus extrema hominis fœlicitas est: quid faciet igitur anima separata ante resurrectionē/ quæ neq3 comedere potest/ neq3 luxuriari? Sed neq3 angeli poterunt esse fœlices: cū tales voluptates nō gustent. Item si in habēdo multas mulieres et inumerabiles pellices et iuniores extrema hominū fœlicitas est: quomodo possent mulieres fœlices esse/ nisi haberent plures viros? Sed rursus quomodo possibile est virū esse beatū: cui9 vxor multos alios habeat viros? necesse igitur vel mulierē beatā eē & virū infœlicē: vel virū quidē fœlicē mulieres autē & pellices eius miseras & ifœlices. quomodo autē possibile est esse beatū aliquē: cuius omnis domus quā amat misera & infœlix est? Rationabili9 igiī est & viros & mulieres miserabiles esse & infœlices. hæc tanq̄ in transgressione dicta sufficiant ad demōstrādā hācirrationalē esse legē secundū finē & premiū quod ꝓmittit. ¶ Irrationabilis est & secundum alia multa quæ in ea continenī. sicut id quod frequenter inducitur deus iurare p fidelem vrbem & p ficetū & oliuetū/ quod diluci

de apparet in cap. Eltim quod interpretat̃ ficus. homines autem p maiores suos iurant sicut p deū vel p sanctos: deus vero nō habens maiorē p quē iurare possit/ cōsueuit iurare p semetipsū vt ipsi Abrahā iurauit sicut scribitur ī prio Geneseos. p sicetū autem vel oliuetū iurare: vanū est & penitus irrationabile.
¶ Itē ipse phiber vinū pter ebrietatis euasionē sicut in pluribus locis dicit. sed cū vinū p seipsum malū non sit: sufficit solā ebrietatē cauere. sed videtur omnes Sarracenos suspectos habere/ q nullꝰ eorū possit vel mediocriter vel cū sobrietate vino vti: vnde eius dehortatio ex necessitate cogit vel malum eē vinū simpliciter vel Sarracenos vniuersaliter icontinentes esse.
¶ Q̄ Sarracenorū lex manifesta cōtinet mēdacia. Cap. VIIII.
NOno id aduertendū q hec lex nō est lex dei: quoniā manifesta cōtinet mendacia. deus ei pria & sūma ē veritas: a quo dici aliqd mēdaciū nō potest. i Alcorano aūt ī cap. Ione dicit. qs i veritatē ducit/ & respōdetur deus dirigit i veritatē: & q dirigit i veritatē ē veritas: & cōuenit eū imitari. & postea/ vel e nō cōgruit diuię legi aliqd dici sine deo: sed mēdaciū & figmētū absq deo dicit̃. sicut enim inquit Augustinus: si in Euangelio vnum solum mendacium inueniretur/ totum Euāgelium secundum eandē rationē suspectum esset et falsum. Alcoranum autem multa vera continet/ quæ in Euāgelio & lege Moysi & prophetis continentur. Sed ipse Mahumetes tot ex proprijs manifesta iserit mēdacia: vt totū vere suspectū & falsum debeat existimari/ & opus illius q mēdax est & pater mendacij. Reducūtur autē quæ in eo mendacia cōtinētur/ ad decem genera principalia. dicit eni mendacia de seipso. de Christianis. de Iudæis. de Apostolis. de Patriarchis. de Dæmonibus. de Angelis. de virgine Maria. de Christo. de DEO. ¶ De seipso quidē dicit: q est finis & sigillū & silentium omniū pphetarū/ & iubet interimi quecūq post eū se pphetam asserentē. Sed nō sic cōtracta est manus domini: vt non possit post illum dare & alteri spiritum prophetæ. & non solum Christiani & iudæi dicunt apud eos fuisse prophætas q post illum/ spiritū prophetiæ habuerunt/ sed et ipsi susceperūt apud Babylonem prophetā quendam qui Solem appellabat̃ quod interpretatur scala/ quem Tartari interemerunt/ & cum eo non paucā multitudinem Sarracenorum. Item de se dicit seipsum extollens tanq̄ ex persona dei. q si omnes homines congregarentur/ & omnes spiritus vel angeli: non possēt facere tale Alcoranū/ quale est illud suū. vel igitur sic hoc intelligit: q non poterūt illi facere absq; auxilio dei/ & quid mirū si

non poterunt hoc/quod & ipse nō sine deo se fecisse dicit: vel hoc intelligit: q̄ neq; possent illi facere/etsi a deo adiuti essent. Sed hoc manifesta blasphemia est. ¶ De Christianis aūt dicit q̄ dant deo sociū: quod manifestū est mendaciū. dicunt enim Christiani vniuersaliter totius mundi: q̄ deus est maxime vnꝰ & simplicissimꝰ. post hæc dicit in cap. Telteūpe/quod interp̄tatur pœnitētia: q̄ Christiani deificant episcopos suos & pōtifices & monachos/quod falsum est. hoc autē dixit Mahumetes tanq̄ homo ignarus Christianorū linguæ. Christiani enim Chaldæi & omnes orientales: vocāt episcopos & monachos/ honorātes eos Rampan/quod iterp̄tatur magister/vel maior meus. in Arabica autē lingua Rampa est nomē dei quod interpretatur dominus absolute/quod & de solo intelligitur deo sicut & apud nos quando dicimꝰ dominus tecū. falso igit̄ dicit Mahumetes q̄ deos Christiani hos vocāt. ¶ Itē idem dicit de Christianis q̄ deificant Mariam. inducit autē in cap. Elmeide/ qđ interpretat̄ mensa: q̄ Christus excusat se apud deū sup̄ eo q̄ nō dixerit mundo matrē suā esse deā. & vere neq; Christiani hoc dicūt Mariā videlicet esse deū vel deam: sed dicūt q̄ fuerit purissima mulier. eteni Euangeliū nō deā eā nominat vel angelā: sed mulierē. ¶ Itē inducit i eodē cap. dicēs de Christianis & Iudæis q̄ nō sunt hi filij dei vel amici dei. qđ ostēdit ex eo q̄ affligūtur ꝓ peccatis sicut ipse dicit. hæc autē dēmōstratio falsa est omnino. multe eni sūt tribulatiōes iustorū: & sicut ad Hebræos dicit apostolꝰ/flagellat omnē filiū quē suscipit. aliter tamen iusti & aliter impij flagellantur a deo. eteni ipsis Sarracenis multa flagella Tartari intulerūt: etsi legem non habeant. ¶ De Iudæis dicit Mahumetes in cap. Telteūpe/quod interp̄tatur pœnitētia: q̄ deificant Eleazar/& dicunt q̄ ipse est filius dei. hoc autē manifestū est mendaciū. Iudæi eni nullū hominē deū faciūt: neq; dei dicūt esse filiū. ¶ Item in cap. Elnesa/qđ interpretatur mulieres: dicit/q̄ ipsi Iudæi dicūt se interemisse Christū IESVM filiū Mariæ apostolum dei. & hoc manifestū mendaciū est. non enim IESVM/Christum dicunt esse Iudæi/ neq; apostolū fuisse dei: sed hominem iniquū. & dicunt ipsi p̄pter blasphemiā se eū interemisse. ¶ De apostolis autē dicit in cap. Abrahā/quē dicit patrē fuisse Moysi: q̄ illi testati sūt/ & dixerūt Christo q̄ essent Sarraceni/imitatores & apostoli Mahumetis. & hoc autē est impudentissimū mendaciū. Christus eni & apostoli/ante Mahumetē fuerūt sexcentis annis. Mahumetes eni in temporibus Heraclij/infœliciter & noxie mūdo apparuit: qui incæpit imperare anno sexcentesimodecimo ab

icarnatione domini. vnde vix septingenti anni sūt ex quo fuit Mahumetes: sunt autē mille ducenti & plures ex quo natus est Christus & apostoli. & quomodo potuęrūt apostoli esse Sarra-ceni & imitatores Mahumetis? cui ex persona dei mādatū est/ vt ipse dicit in Alcorano in cap. Elcaminar ꝙ ipse sit primus Sarracenꝰ. primus igitur Sarracenismus a Mahumete icœpit. apostoli igitur/ neq; Sarraceni esse potuęrunt: neq; illius imitatores/ quē sexcentis annis præcessęrunt. vel si Sarraceni erant illi: impossibile est eū fuisse primū Sarracenū. ¶ De patriarchis idem asserit. dicit eni in pluribus locis Alcorani: ꝙ Abrahā & Isaac & Iaacob & filij illorū Sarraceni erāt. Idem autē dicit & de Noę ꝙ fuit Sarracenꝰ: & ꝙ ꝑpterea diluuiū vęnit sup terrā quia ipse prædicabat hominibus vt fierēt Sarraceni/ & ipsi renuerūt. hoc autem prorsus est mendaciū. quomodo eni potuit Noę esse Sarracenꝰ: qui præcessit Mahumetē duobus milibꝰ & quingētis annis? ¶ Itē & ipse Mahumetes dicit seipsum fuisse primū Sarracenū in mūdo. impossibile autē est dicere Noę & Abrahā fuisse Sarracenos: nisi & ipsi Sarracenos genuissent. hæc enim positio cōtraria est Alcorano: vbi dicitur Abraham non fuisse Christianū/ neq; Iudæū/ sed purum Sarracenū. attamen ex Abrahā/ Iudæi nati sunt. dicunt etiā Sarraceni/ ꝙ deus ꝑmisit Mahumeti/ ꝙ nullus introiret i Paradisum ante eū: & postea assumpsit eum deus & duxit in Paradisum/ & vidit illic viros & mulięres multas. & dixit quid est domine? dominus autem dixit ad eū/ ne miręris: & hi ei imitatores tui sunt. impossibile autē imitatores esse Mahumetis/ nisi p Alcoranū. sed hoc nō fuit reuęlatū ante tēpora Mahumetis queadmodū in pluribus locis eius cōtinętur/ & maxime in principio. huius autem figmenti mendaciū quicunq; intellectum habet potest satis considerare: quapropter in talibus versari non oportet. ¶ De dæmonibus autē speciale quoddā cap. i Alcorano est: vbi apte dicitur ꝙ plurima dæmonū multitudo audiētes Alcoranū gauisi sunt & testati sunt ꝙ pipsū poterant saluari. dixęrūt aūt & seipsos Sarracenos: & saluati sunt. hoc autē quantū cōtinet mēdacij: nō est necessariū argumētatione cōfutari. ¶ De angelis autē dicit ꝙ omnes adoraųęrūt Adā præter diabolum. item dicit ꝙ quādo ad deū vęnit cū Gabrięle: vidit i cælo angelū vnū qui millies maior erat mūdo: q sua peccata flebat. & ipse veniam suis præcibus illi impetrauit/ & multa alia falsissima & impudentissima dicit: de quibus latius in fine præsentis opis narrabimus/ vbi & aperięmus visionē mendosæ fictionis quā se vidisse asserit. ¶ Item dicere videtur de Angelis ꝙ sunt corporei

Hic vide quo tēpore fuit Ricoldꝰ

dicit eni in cap. Sad/ in pluribus locis. q angeli ex igne creati sunt/ homines autē ex terra. dicit et in alijs locis q sunt extēsi spacio vt in sequentibus dilucebit. ¶ De virgine aut Maria di cit in cap. Abrahā: q ipsa fuit filia Abrahā. Abrahā autē pater Moysi & Aaron. in cap. ꝓterea Mariem/ quod interpretat ma= ria: ait Mariam matrē Christi: sororē fuisse Aaron. qq erāt fi= lij Abrahā ꝓpterea q moyses & Aaron sororē habuerunt quę Maria appellabat/ quod manifestū est ex sexto Paralipomenō sed inter hanc Mariā & beatissimā virginē Mariā matrē IESV Christi filij dei: mille quīgenti anni intercessęre. & prima qui= dem Maria in erēmo mortua est quando Moyses per erēmum filios Israęl ad terrā ꝓmissionis duxit. tunc aūt neq Roma ędi ficata erat sed postmodū fundata fuit in tēporibus Ezechiæ rēgis Iudæ: qui fuit post septingētos & plures annos. IESVS autē Christus post Ezechiā rēgē natus est ex virgine Maria tē poribus Octauiani imperatoris post septingentos & plures an nos ab Ezechia: quo tēpore Romani mūdi monarchiā occupa bant & instituębant rēges in iudæa. vnde & Iudæi tunc testati sunt se nō habęre rēgē nisi Cæsarē. aduerte queadmodū testat Augustinus in octauodecio libro de ciuitate dei: Romam fun= datam fuisse temporibus Achā/ vel secundū quosdā alios Eze chiæ. & tunc habitabat populus Israęl in terra ꝓmissionis. ab eo autē tēpore quo vrbis fūdamenta iacta sūt vsq ad natiuita tē Christi/ septingenti quinquagintaduo anni interfuęre/ sicut dicit Paulus diaconus in Romanis historijs. ꝑmisit igitur spiri tus sanctus Mahumetem sic manifestū mēdaciū effutire: vt q= libet homo facile dęceptionē eius aīaduerteret & aīaduersam effugeret. ¶ De Christo dicit idem insensatus & bestialis q neq deus est neq dei filius/ & q Christus de se hoc non dixit: sed q apud deū se humiliter excusarit dicens se mundo nunq hoc dixisse. hoc autē manifestū est mendacium. scriptū eni est qapertissime in Euāgelio Ioannis: q ipse dixit se filiū esse dei. & tunc Iudæi voluęrūt eum lapidare propter blasphēmiā. dixit autē & seipsū vnū esse cū deo & principium: quod soli deo ma= xime est ꝓpriū. dixitq; si verbis meis non vultis crędere: crędi= te operibus. ante autem dēmōstratū est in tertio cap. imposi= bile esse q Sarracęni dicunt corruptū esse Euāgeliū/ & q ipsi Euangeliū quod est apud nos & vetus testamentū debent su scipere. sed & ipse insanus Mahumetes in cap. Elacaph quæ= rit dēmōstrari sibi authoritatē libri qui scriptus est ante Alcora num postea primogenitus ille Sathanæ filius perditionis di= cit de Christo q ipse neq crucifixus est neq mortuus: sed de

in fine mundi filiũ & angelos morte dissoluet & alia huiusmodi infinita mendacia/quorum cõtraria in Euangelijs & alijs scripturis cõtinentur/ quæ enarrare longũ esset. ¶ De deo aũt simpliciter asserit q nullo modo possibile est eũ habere filiũ/ quoniam vxorem non habet. & hoc inculcat/ & cõtinue repetit pquadã forti argumentatione. hæc autem argumentatio similis est acsi quis dicat deũ non esse substantiam quoniam nõ habet accidẽs. vel nõ viuere: quoniã nõ comedit vel respirat. fatua ẽ & phãtastica eiusmodi argutia & hoĩs carẽtis cerebro/ intellectu & ratione. Christiani eni non tanq̃ ex muliere dant filiũ deo: sed sicut ex igne calorẽ/ex sole lucem & verbũ ex cogitante. quæ omnia vere dicũtur gigni etsi nõ ex muliere. filius eni dei/lux & splendor est & verbũ eterni patris/ patri coæternum & cõsubstantiale & in eadẽ æqualitate. sicut autem calor & lux nõ separantur ab igne/ignis tamẽ aliquando cũ luce nobis sine calore cõmunicatur. vt in lampade/ aliquãdo cũ calore absq; luce est vt in accenso ferro: sic & filius dei potuit incarnari absq; eo q incarnatus esset pater vel spirit9 sãct9/etsi opera trinitatis sint indiuisa. sic rursus filius dei & verbũ dei/ lux & splendor patris potuit in sensibili libro scribi vt ab hominibus legeretur & sensibiliter opera eius viderentur/ & esse carni vnit9. & liber quidẽ script9 idest caro potuit morte dissolui: verbum aũt dñi manet in æternũ/ vt & regis mandatũ qui mittit verbũ suũ in libro scriptum ad terram sibi subditam. ipsum quidẽ verbũ nunq̃ cõteri potest: liber autem potest conteri. dicunt igitur Christiani Christum cum sit verbũ dei/ filium esse dei. hoc idem & Mahumetes de eo dixit tametsi neq; sciret qd dicebat neq; intelligebat. dicit enim in Alcorano in cap. Elnesa quod interpretatur mulieres: q Christus IESVS filius Mariæ verbum est dei/& spiritus est dei. quare igitur nõ dixit Mahumetes q impossibile deum habere verbum vel spiritum quoniam vxorem nõ habet? Quærendum igitur a Sarracenis vt quærant ipsi a Mahumete/ quando dixit Christum verbum esse dei & spiritũ ex deo: vtrum de spiritu vel verbo dicit accidentali quod profertur/vel de essentiali/idest de creato vel increato. si quidem de accidentali idest creato: sic non solũ verbum & spiritus dei est a deo/ sed & verbum & spiritus aliorum pphetarum & aliorũ hominũ beatorũ. & secundum hoc non magna quædam laus est hæc de Christo: quem Mahumetes tãtopere supra omnes homines vult cõstituere. sed neq; ppter talem rationẽ & talem spiritũ: pluraliter deus de seipso loqui-

tur vt induci solet in toto Alcorano. si autem dicit de increato & essentiali verbo dei esse verbũ & spiritũ: sic vtiq; nobiscũ sentiunt tã de incarnatione q̃ de mysterio trinitatis. ¶ Item dicit Mahumetes de deo in cap. Elmiminim: ꝙ si deus haberet filiũ, in periculo iam totus mund⁹ esset. esset eni scisma iter eos. hæc autẽ suppositio nõ modo falsa sed & valde insulsa & stulta est. supponit enim nõ possibile esse deũ habere filiũ, nisi iniquũ & audacẽ, inobediẽtẽ & seditiosũ. Nos autẽ dicimus ꝙ filius dei est verbũ dei, virt⁹ & sapiẽtia patris: p quã omnia opatur. verbũ autẽ i mente artificis comprehensum & sapientia nunq̃ in homine separat ab intellectu concipiente, nisi alicubi blasphemãs Mahumetes dicat deũ dissentire secũ & contradicere intellectui & cogitatiõi suæ. ¶ Itẽ Mahũetes dicit in cap. Elezat: ꝙ deus & angeli eius orant ꝓ Mahumete & alijs Sarracenis. quod etsi quoad angelos admittat: at deus quando ꝓ eis orat, quẽ orat: angelos ne an homines an seipsum? sed hoc ridiculum est & ipudẽs mendaciũ etiã orare seipsum, maxime secundũ Mahumetẽ qui verbi incarnationẽ negat, & neq; psonarũ discretionẽ ponit in diuinis. ponit autẽ & alia quędã mendacia & impossibilia sicut in cap. Elasiar dicitur quasi ex psõa dei: si hoc mitteremus Alcoranũ sup vnũ mõtem, videres iam ipsum scissum a reuerentia & timore dei. & in cap. Elcamar qđ interptat Luna: dicit: ꝙ Luna cõtrita est. & multa alia q̃ lõgũ esset enarrare. vnde potest omnibus sapere valẽtibus manifestissimũ esse, lęgẽ illã nõ esse a deo: q̃ tot & tã manifesta cõtinet mendacia. Inueniũtur autem & alia quędã absona q̃ tanq̃ firma Sarraceni affirmãt elicita ex Alcorano in modũ expositionis. cõtinentur autẽ palã in libro Mahumetis de expositiõibus, ex quibus cũ multa sint, pauca hic memorabo. vnũ est qđ dicit creatũ fuisse cælũ ex fumo, fumũ autẽ ex exhalatione maris, mare autẽ ex quodã mõte qui Caph appellat. & is circuit totũ orbẽ terrarũ & sustinet cælũ: dicitq; Solẽ & Lunã æqualis lucis & virtutis fuisse. & nullã discretionẽ fuisse iter noctẽ & diem. aliquãdo aũt accciderit ꝙ dũ volaret Gabriel, ala eius Lunã tetigerit: qua de causa sicut nũc vidẽm⁹ obscurata est. Item dicit Suem ex stercore Elephantis natã esse, Murem ex stercore Porci. & Gatã ex sincipite Leonis. hoc autẽ isto modo exponitur. cũ eni Noe esset in arca cũ filijs & animalib⁹: cũ ad latrinã secessissent, inclinata est Arca, & maxime quando Elephas aderat. ppterea valde timuit Noe & cõsuluit deũ. qui dixit recede, & adora podicẽ eius ad foramẽ vnde ꝓfluere solet stercꝰ quo facto simul erupit stercus, & cũ stercore inges admodum

porcus: cuius rostro stercora vt consueuit effodiente: mus natus est qui cœpit rodere tabulas arcę. et tūc maxime timuerūt/ qui in arca erant/ & consuluit Noe dominum. qui iussit percuti Leonem in fronte & exiuit per nates eius Feles siue Gata. & hanc dicunt esse causam propter quā carnes porci ad vescendū sunt prohibitæ. dicit rursus in eodē cap. q deus in fine mundi intærimet omnē creaturā/ et angelos et archangelos: et nichil relinquetur viuens præter deum et mortē quæ est angelus quidam/ qui dicitur Adriel: & tūc mandabit dominꝰ Adrieli vt interimat seipsum. quo facto clamabit dominꝰ voce magna & dicet vbi sunt Satrapę mundi et principes? & post resurgent oīa. ipse rursus Mahumetes fæcit librum in quo scripsit duodecim milia verborū mirabiliū. mirātibus aūt & q̄rentibus quibusdā si oia illa vera sunt: respōdit sola tria milia veritatē habere/ alia autē falsa esse. quādo igitur in prædicto libro falsum quoddam deprehenditur dicūt Sarracęni et hoc Mahumetem dixisse nō omnia esse vera. atq3 illud esse vnū ex illis/ relinquū aūt totū in suo robore manære. crædo etiā idē facere Sarracęnos in Alcorano. etsi enim multa inēdacia deprehēduntur in eo tamē propter q̄dā quæ in ipso cōtinentur vera: sicut dei verbū in præcio habæt apud eos totū Alcoranū & approbatū. dictū est autē a nobis superiꝰ vt dicit Augustinꝰ: si vnū solum verbū falsum in Euāgelio inueniret: iustū esse/ vt Euāgeliū totum friuolū & vanū existimaret. ego aūt certo agnoui q Sarracænorū maxime sapiētes et qui litterarū peritiā habēt: verbis Alcorani nullam adhibēt fidē/ sed fictionē doctrinę eius aduertūt. signū aūt hoc est quia cū alijs sapiētibꝰ hi publice disputare recusant. vt ego per experientiā sæpe cognoui: & ipsū Alcoranū in mediū afferri nolūt. vehementissime eni tristātur: cū ab aliis legitur & nequaq̄ volūt in alias linguas ipsum trāsferri. Scimus aūt q purū aurū: neq3 aquā timet/ neq3 ignē/ neq3 iudicē. et ppt hoc Christiani veritati dei quæ fortissima est et manet in ęternum cōfidētes: libenter de Euangelio cū aliis nationibꝰ disputant. et gaudent cū ab aliis nationibus legitur/ dæsiderantq3 ipsum omnibus publicari/ et in alias linguas transferri: & non priuatis solum: sed etiam scripturis publicis Christi passionē ostendunt: qd̄ ab aliis gentibus ludibrium & ignominia vidætur.

¶ Qꝫ Alcoranū lex dei non est: quia violenta lex est. Cap. X.

Ecio et illud quoq3 nobis cōsiderādū est Alcoranū nō esse lægē. violēta eni ē. et vt breuiter dicā lex hęc ꝓprie dici potest. lex cædis & mortis: non solū q ad ęternā mortē mittit: sed & quia corporali cęde hoīes cogit credere ea q̄ in Alcorano dicunt/ q̄uis i eodē Alcorano in

cap. Empacara qđ iterpraetatur vacca dicitur ꝙ in lege dei nō est cōpulsio. & ꝙ iā diffinitū est ęquum ab iniquo. quae enim est maior compulsio q̃ cędes. lex igitur quę per cędem homines cō pellit: non est lex dei. ipsi autem Sarracęni vocant eā Elesalem quod interpraetatur lex salutis et lex dei quae proprie daebet dici (sicut dictum est) lex caedis/ mortis et diaboli. et haec via cōmoda fuit tali legi et legislatori: vt timore mortis corporalis/ cōsē tiant legi mortis ęternę. sicut econuerso Christiani corporalem mortem contemnētes: vitā aeternam assequuntur. videns itaqꝫ diabolus occupator scelerati hominis/ filii perditionis hanc legem a diuina laege omnino differre et ab ea quę est in veteri & nouo testamento/ secum dissentire et absqꝫ omni ratione esse & miraculo infinita mendacia cōtinentē/ atqꝫ multos propterea fore qui ei cōtradicerēt: daedit ipsi Mahumeti instrumētū proprium id est ensem ad interimendū/ et ipse daedit mandatum in lege vt interimerentur quicūqꝫ huic laegi aduersarentur et non craederent. quapropter non in vno cap. solū dicitur sed p totū li brū tāq̃ mandatū quoddā vniuersale/ interimite interimite. hęc via manifeste cōtraria est Christo qui mādat et inimicos amare et p ꝑsequentibus orare/ et eis qui nos offendūt benefacere. Sed sanguinarius Mahumetes/ aut Antichristus aut Antichristi praecursor: viā praeparauit in mundo filii s pditionis. quę via quantū sit irrationalis: patefactū iā est in octauo cap. etenī vt rectę ait Augustinus: potest homo inuitus craedere/ potest etiā cōfiteri ore qui cogitur credere. corde autē credere/ minime cogi potest/ cū ipse dominus maxime cor ab homine quaerat/ iuxta illud/ fili prebe michi cor tuū. cōpulsus autē fuit a Mahumete et auunculus ei⁹: qui ait illi. Quid michi si hoc non fęcero fili fratris mei? Cui Mahumetes respōdit iterimā te o auūcule. hic aūt dixit. Impossibile ne ē esse aliud? Nichil aliud dixit. et dixit auūcul⁹/ Sequar te ad quodcūqꝫ volueris lingua tātum sed nō corde timore ensis. Omar autem filius Catempadi coact⁹ dixit: domine tu scis ꝙ solo timore mortis fio Sarracaenus. filius aūt Empiasca: timore ensis factus est Sarracęnus. vnde misit & litteras ad Meccā quas mulier quaedam occultauit sub crinibus capitis: nuncians iis qui erant in vrbe aduentū Mahumetis vt cauaerent ipsi vim doctrinae illius ¶ Notādū autē quattuor esse partes eorū q tenent errorē Mahumetis. Prima eorū q ingressi sunt Sarracęnismū p ensem vt dictū est: qui etiā nūc suū errorē cognoscentes resipiscerēt libenter nisi eū propter ensem timęreut. Alia pars: est eorū qui decepti sunt a diabolo/ credētes vera esse mendacia. Tertia pars eorū qui nolunt discędere ab errore maiorū suorū: sed dicūt se tenaere ea quę sui patres tenuae-

runt a quibus maxime discedũt. qui ꝓ idololatria quã prius tenebant: Mahumetis sectã tanq̃ minus malã sine dubio elegerunt. Quarta eorũ qui ꝓpter indulgentiorẽ & remissiore vitã & mulierũ multitudinẽ & alia licentiora potius in his mundi eiã q̃ æternitatẽ futuri seculi elegerũt. & his cõcordes sunt qui apud eos sapientiores appellant & qui litterarũ peritiã habẽt. nõ credunt legem suã esse veram vel bonã simpliciter: sed vehementia voluptatũ sedat iudiciũ rationis vt dicit sapiẽs. sicut & multi litterarũ experti apud Christianos nõ seruãt Euãgelij legem: etsi credant veram esse & bonã. sed potius imitãtur viã Alcorani: quis credant in veritate malã & erroneã. & hu9 rei argumentũ in vtrisq; est. trãsmutantur enĩ quidã Sarraceni in Christianos: & Christiani quidã efficiũtur Sarraceni. Christianus quidẽ nunq̃ in morte fieret Sarracenus. sed in vita: Sarracenus autẽ in morte potius fit Christianus q̃ in vita. vterq; igit̃ horum potius eligit Christianus mori q̃ Sarracen9: nisi aliquo modo vi impediat̃. ¶ Tria sũt manifestissima signa violentiæ prędictę legis absq; ijs quæ toties ãte dicta sunt: q̃ toties dicit & mandat interimere. Primũ est q̃ Mahumetes illis dixit tantum ꝑmansurã legem eius quanto tempore i eis ꝑmanebit vis in armis & temporalis potẽtia. sed dicit Chrysostom9 talis est veritatis natura vt cũ a multis oppugnatur fortius inualescat: & ẽ diuerso mendaciũ cũ a multis adiuuat̃ i seipso debilitatur. veritas igit̃ nõ indiget auxilio ex temporali potentia & maxime domini veritas quæ manet in æternũ. Christianorum enĩ lex ꝑsecutionis tempore trecentis annis cõtinue durante maxime creuit & numero fideliũ & splendore miraculorũ. ¶ Signum autem est violentiæ legis apud illos & hoc: q̃ quando ad doctrinam cõueniunt vt legem Sarracenorũ magister eos doceat is qui debet proponere verbum primũ nudat ensẽ nudum manu tenet quanto tempore docet vel illũ ponit ad terrorem in quodã eminenti loco. Christiani autem docentes nõ ensem sed crucem tollunt: nõ violentiæ sed mansuetudinis signũ ostendentes tanq̃ homines qui mittuntur a Christo sicut oues in medio luporũ. Tertium autem signum cædis & violentię ẽ: q̃ Assissini a Sarracenis nutriũtur futuri homicidæ quibus ex ipsa actione & passione vitam æternam promittunt. & mittunt eos per orbem terrarum vt pricipes mundi dolose interimant. hi autem Assissini castra habẽt & arces circa Libanum montẽ obediũtq; Sultano Babylonis q est caput Sarracenorũ: huiq; legib9 & ordine Sarraceni sunt & nõ vocãt Assissini a Sar

racenis sed Ismaelitæ quasi radix & trib9 Sarracenorū/ & primi defensores & cōseruatores legis Mahumetis. ad hoc enī p̄cipue instruūtur & nutriunt vt cædē faciāt. hoc scelus nō Christiani solū qui sanctissimā legē habēt abominātur/ sed & Tartari q nulla lege nisi naturali astringuntur. ex his igit apparet manifeste q Sarracenorū lex/ lex est cædis & violentiæ. est autem violentū cuius mot9 est ab extra: nullū momentū eo quod mouetur exhibente vt vult Aristoteles. & ex hoc manifestū est q non est lex dei.

¶ Q Alcoranū nō est lex dei: quia inordinatū est. Cap. XI.

Vndecio Alcoranū nō eē legē dei ex hoc liquet. iordiatū enī ē. q enī a deo sūt: ordiata sūt vt dicit apls. videm9 aūt hoc in opib9 natę & i sacris scripturis. certissimū enī ē nō solū Christianis sed etiā ipis Sarracenis legē Moysi & prophetas & Euāgeliū a deo esse. hec autem omnia ordinata sunt. Moyses enim valde ordinate icępit a mūdi creatiōe & deiceps totū pētateuchū percurrit scd3 ordinē tēporis & historię: & alij pphetę ordiate pcessęrūt scdm ordinē tēporis demōstrātes quādo & qbus regib9. vel secundū ordinē historiæ. vel ad min9 secūdū ordinē materiæ. et Euāgeliū ordinatissime procedit & tēporis ordine & historiæ & materiæ. incipit enī ab incarnatione & natiuitate Christi/ deinceps autē de vita & doctrina & miraculis eius: & subinde de morte & resurrectione & assumptione. In Alcorano aūt: omnino nullus est ordo tēporis. nō enī dicit quib9 regib9 vel secundū quod tēpus. neq3 historiæ ordo est/ primum enim cap. vbi incipit/ dicitur inscriptio vel apertio libri: in quo statim incępit ab oratione & laude dei/ & absq3 medio post breuem orationem tractatum incępit: & est cap. secundū de ruffa boue quam obtulit Moyses. cuius historia est in leuitico. tertiū autē cap. est de domo Abraham qui fuit pater Moysi. in quo multa de Christo inserit/ & dicit virginē Mariā sororē fuisse Moysi & Aaron. & deinceps sequit quartū cap. de mulieribus. similiter autē & de alijs sic inordinate pcędit vt nemo sit q possit rationem reddere ordinis historiæ/ & cap. & neq3 materię ordo est. nūq enī vnā materiā vno ordine ptractat: sed deiceps ab vna materia ad alterā suppositionē prorsus impertinentē se transfert tanq mente alienat9. Sed & neq3 ordinē habet argumentationis alicuius vel demonstratiōis: verū omne dogma ei9 ex suppositione procędit. & suppositio est quędā propositio p se vera: ex illa aliam quādam colligit aut illi annectit: que nichil commune habet ad primā queadmodū id continue quod ab

eo dicitur deus est excelsus et bon⁹: et Alcoranū lex est salutis. deus est deus/ et nullus est alius deus nisi deus & Mahumetes est propheta verus. quæ aūt ē hæc cōnexio Mahumetē esse verum dei prophetā aut nunciū / si deus est de⁹/ et in cap. Elmaida/ quod interpretat̄ mēsa dicit: cōstituit nobis de⁹ domū Elarā id est vocationis. hæc dom⁹ est mensę/ mēsis ieiunij Sarracęnismi. et hoc est vt sciatis q̄ deus oia nouit q̄ sunt in cęlo et quæ in terra: et de⁹ scit qdquid est. sed qs ē tā dęmēs vt dubitet qui de⁹ sciat oia/ s; posito q̄ dubitętur ab aliquo: quę est hec cōsequētia q̄ mensa et mēsis ieiunij Sarracęnismi faciat scire q̄ deus scit oia/ cōtinue autē videtur loqui tāq̄ sōniator & maxime circa finē libri vbi videntur ei verba deficere/ vt in cap. Elcapherum qd interpretat̄ hæretici: dicit de verbo ad verbū/ o execrabiles nō adoro qd vos adoratis neq; vos adoratis quod ego adoro. vobis vestra lex: & michi mea lex. sed quilibet hæreticus hoc potest dicere vt intercipiat materiā quæ est de inqsitione væritatis. neq; reminiscor me inuenisse in toto libro vnā solam argumentationē: quæ secundū rectā suppositionē et cōuenientē ordinē pcedat. nominū aūt ordo illic grāmaticę & rythmicę optim⁹ est. fere enim totus liber rythmic⁹ est. vnde et valde gloriantur Sarracæni in tā pulchro ornatu Arabicę locutionis & modo. & ex his argumentantur verū prophætam fuisse Mahumetē. non enim vsqueadeo ornate sciuisset loqui homo omnino idiota. sed vt in quarto cap. visum est: nō consuæuit de⁹ loqui ī mundo vel cum prophętis per huiusmodi rythmos. sic igitur manifestū est q̄ hæc lex non est a deo quæ nullū habet ordinem: nisi solū rythmicū et grāmaticum qui deo non congruit.

¶ Hanc non esse lęgem dei/ q̄ iniqua est. Cap. XII

QVodecimo neq; id latære oportet q̄ hec lex non est a deo. nam deus summe bon⁹ est. optimi autem est secundū Dionysium optima facere. q̄ væro Alcorani lex iniqua est: ex ipso Alcorano manifestum est. dicit̄ enim in cap. Elcaph/ & in cap. Elgem/ quod interpretat̄ dęmones: ipsum Alcoranū placære dæmonibus/ q̄q; in eodem delectantur. dæmones autē iniqui sunt & peruersi secundū voluntatē: quibus præter iniquū placet nichil. Alcoranū igitur malum est. ¶ Item Alcoranū causa est omniū malorū: sicut cędis/ rapinæ/ periurij et huiusmodi quę non solum permittit Alcoranum/ sed etiam iubet vt superius manifestū euasit/ et maxime cędes. neq; sufficiens excusatio est mandare infidęles interimi/ sed non fideles. dicit enim q̄ indubitato fidælis nō debet interimere fidælem: ipsos autē infidæles mandat interimere nisi tributa sol-

uant.tributū igitur sufficiens causa erit interimendi vel non. quare nō quatenus infideles sunt: tale perpetrari mādat. ¶ Itē in cōpluribus locis Alcorani dicitur: nullū est maius malū q̄ deo mendaciū impingere. Alcoranū aūt multa alia mendacia præter ea quæ dicta sunt superius in nono cap. deo impingit. et mendacia quę in toto libro cōtinētur possumus alia cōplura ostēdere quæ deo imponit. nā in cap. Elemphaal quod interpretatur lucra: dicit q̄ sunt quædā dei et apostoli lucra. et dent deo quintā partē eorū quę lucrātur. sed nūquid deus iniquus est vt permittat rapinā: quo inde quintā partē capiat? An sic pauper deus vt non habeat vnde suos pauperes & viduas & orphanos & peregrinos de quibus illic loquitur/ nutriat: nisi permittat rapinam? quare vt inde lucretur certe facit Mahumetes deū sibi consortē in malo et deū sordidæ rapinæ et iniusticiæ participē. ¶ Itē etsi aliquādo Alcoranū prohibeat rapinā et periurium & alia q̄dā mala: tamē hæc prohibitio permissio quędā potius est. dicit enī ne faciatis mala. nō enī placet deo. si autē fæceritis ipse est misericors & miserator/ & facile vobis parcet. de rapina autē nichil vnq̄ lege cauit vt restituatur: neq̄ taleīpsi consuetudinē habēt. sed sufficit in fine Sarracenū dicere non est deus nisi deus & Mahumetes est apostolus eius/ vt superius in quinto cap. detectū est: de periurio autē manifestū in cap. Elminte q̄d interpretatur mēsa: non imputabit vobis deus fraudationē iuramēti sed inuocationē eius. quasi dicat periuriū non obligat ad culpā sed ad penam. et postea subdit pro transgressione autē eius sufficit decē pauperū pastus vel totidē vestitus/ vel vnius captiui redēptio. q autē hæc nō poterit facere: ter ieiunabit. ex istis sane sequūtur omnia mala. nō enī timent rapere vel decipere vel peierare vel nulli fidem seruare. cū Christiani credant fidē seruari oportære etiam inimicis et infidelibus. habēt tamē proculdubio quoddā genus iuramenti Sarraceni: q̄d non facile transgrederentur. de quo post sermonē agitabimus. Mahumetes autē aperte ait ī cap. Elmetaare quod interpretatur necatio: q̄ deus cum eo dispensauerat vt non seruaret quod licite iurauerat/ nō amplius videlicet ad Iacobitissā quādā accædere/ quę Maria appellabat. & sic peierauit: cuius remissionis testes sunt vt dicitur Michael et Gabriel. Iniqua igitur est lex illa: quā omnia mala sequūtur. est aūt iniqua cū tot et adeo magna mala et mendacia deo imponat/ etiā et præter prædicta alia multa insana et fatua. dicit enim q̄ deus se excusat ex eo q̄ misit apostolū Mahumetem hominē/ & nō angelū. & ait deū dixisse se misisse angelos sed nō potuissent mūdū cū securitate pertrāsire. sed nūquid Mahumetes securius

per mundum q̃ angeli transibat/ q̄ si angelos intelligit bonos et pacificos homines: adhuc non est dubium q̄ boni et pacifici homines securius mundum pertrāseunt q̃ mali. inducitq; deum continue loquentem & dicentem: q̄ nō ludi gratia creauit mundum. Sed quis tam demens est vt existimet deum tanq̃ ludendo fecisse mūdū/ ¶ Item Mahumetes Sarracenus homo existens & cōtinuæ intemperantiæ deditus: in cap. Finit. Elezap: inducit deum dicentē ne ingrediamini domū alicuius nisi inuitati: & vocati nisi perstrepāt de foris. & addit tanq̃ ex persona dei/ & postq̃ ingressi fueritis & comederitis exite & ne sileteritis ad loquendum cū ianitoribus/ quia molestū est prophætę & verecūdum est dicere: sed deus non verecundatur dicere væritatem. breuiter autem quicquid volębat facere vel vt fieret: id totum deo impigebat mādabatq; vt ita fieret/ & ex hoc subsecuta sunt quasi ex authoritate lęgis inumera mala/ idest interimere/ rapere/ mœchari cum vxore zeith/ incestum cōmittere cum Maria Iacobitissa/ peiętare/ non seruare fidem in promissis. Iniqua igitur lex hæc quæ placet quidē diabolo/ displicet autem vel maxime deo et quæ ad innumera mala inducit, non igitur a deo est qui sūme bonus est & a quo bonū solū procędit/ malū autē nihil vnq̃.

¶ De Alcorani institutione & qui est lęgis huius opifex et inuētor. Cap. XIII.

QVoniā igitur demonstratū est q̄ Alcoranū/ Sarracęnorū videlicet lex nō est a deo: cōsequēs est vt quæramus de discipulis Mahumetis & de cōstitutione Alcorani. ope precīū aūt est vt intelligamus qđ & firmissime crędit a sapiētibus illorū/ & efficacib⁹ rationibus ostenditur: primū Alcorani authorē non fuisse hoiem sed diabolum. qui propria inuidia & diuina permissione ꝓpter peccata populi/ præualuit efficaciter perfidiā Antichristi icoare. videns enim diabolus fidem Christi in oriētalibus regionibus maxime crescere & idololatriam deficere: superato iam Cosdroę Persarum rege & Medorū idololatra/ per Christianissimum Heraclium Imperatorem qui excelsam turrim diruit/ quā ipse Cosdroes ędificauerat ex auro & argento & lapidib⁹ pręciosis ob fouendam idololatriā & q̄ crux Christi tunc erat per Heraclium exaltata et amplius exaltanda & cum non posset diabolus amplius multitudinem deorum defendere/ nec omnino Moysi lęgem et Christi Euangęlium excludere quod iam per totum mundum diuulgatum erat; excogitauit fig

mento legis cuiusdã quasi mediæ inter nouũ et vet⁹ testamen tum mundũ seducere. Quod vt ad effectum deduceret: assum psit quendã hominẽ diabolicũ noĩe Mahumetẽ/ religione Ido lolatrã/ fortuna pauperẽ/ mente superbum maleficijs insignẽ. Et forte libenti⁹ assumpsisset diabol⁹ hominem bonæ famæ si hoc illi permissũ fuisset: vt et libẽtius tẽptasset hominẽ per aliud aial in quo amplius ipsi⁹ maleficia celarent̃ q̃ p Serpentẽ. Sed non permisit diuina sapientia nisi vt tale aial assumeret & p ta lem hoiẽ mũdũ inuaderet: vt ipse mũd⁹ facile posset resipisce re si vellet/ & cõsiderare q̃lis lex illa esset/ quę p talẽ legislatorẽ lata fuisset. superato igit̃ Cosdroe a prædicto Heraclio & trãs lata sancta Cruce in Hierusalem cũ triũpho Sexcẽtesimo vice simo anno ab incarnatione domini/ quĩtodecimo aũt imperij Heraclij: apparuit quidã Mahumetes Arabs q primũ diues fa ctus per quãdã viduã quã in vxorẽ duxit/ & post hęc princeps latronũ assũpt⁹ i tãtã ꝓrupit supbiã vt & rex Arabũ fieri exco gitauerit. Sed qa ipsi non susceperũt eũ qa genere & opinione vilis erat: fixit se esse ꝓphetã. & cũ cõmitiali morbo laboraret/ ne quis ea infirmitate detentũ esse crederet: cõtinue cadẽs dice bat angelũ cũ eo colloq. sic eni eum corripiẽs aggrediebatur diabolus, postea responsiones quasdã quas vt dicebat audie bat quasi per modum cãpanæ circũsonãtis auribus eius. & qa idiota erat & illitterat⁹: dedit ei diabolus socios aptos quosdã Hereticos iudæos/ & Christianos similiter hereticos. & adhese runt ei Sergi⁹ apostata & quidã Iacobita nomine Baira q pdu rauit cũ eo vsq; ad mortem/ fertur q; Mahumetes postea nichil fecisse. sed & iudei qdã Phinees videlicet & Abdia nomine Sa lõ. post hæc autẽ Audala dictus & Solem qui etiam facti sunt Sarraceni. & quidã Nestoriani qui maxime cum Sarracenis cõ ueniunt dicẽtes ꝙ de⁹ nõ est natus de beata virgine sed homo IESVS Christ⁹. & tũc cõposuit Mahumetes quedã in modum legis per socios: assumens quædam a veteri quædã a nouo te stamento/ non tamen tunc popul⁹ habebat Alcoranũ. dicitur tamẽ in eorum historijs ꝙ Mahumetes dicit: descendit ad me Alcoranũ in septẽ viris. & quicquid est satis sufficit. dicũt autẽ hos fuisse Naphe/ & Eon/ Omar/ Omra/ Eleesar/ Asir filiũ Cetir et filium Amer. interrogati si aliquando legerunt hoc coram Mahumete/ & oẽs dixerunt ꝙ nõ: sed corã seniorib⁹/ & sic vsq; ad Mahumetẽ. certũ est ꝙ hi nõ cõuenerũt cũ senioribus i litte ra quã nũc tenent: quod hic probat̃ qa littera prime partis cõ traria est parti secunde. a tẽpore eni Mahumetis/ nullus perit⁹ fuit Alcorani/ nisi Audala fili⁹ Mesetud & Zeith fili⁹ Tampeth

et Ocanan filius Ophyn & Oenpe fili⁹ Tap. de Alete autē filio
Abitalem quidā dicūt scire partē/quidā aūt nō/quilibet væro
liorum cōposuit Alcoranū/aliorum Alcorano dissimillimū. pu
gnauęrunt autē inter se vsq; ad mortem/ non suscipientes quæ
erant aliorū. post mortē vęro eorū dissēsit popul⁹ in Alcorano
vsq; ad tēp⁹ Mernipan filij Elecē: qui cōposuit eis hoc Alcora-
num quod nunc habent: combussit autem & alia Alcorana. &
tūc etiam ciuitatū prefecti septē/cōtradicębāt illi in grāmatica
et proprijs idiomatibus. Inuenitur aūt in eorū historijs ꝙ Re
pudij cap. excædębat cap. Bouis/& ꝙ primū in ducentis trigī-
ta sententijs fuit/nunc aūt totum constitutum est in duodecī.
dicunt autem alij ꝙ et cap. Bouis aliquando mille sententias
continębat: hodie tamen tantū octoginta septem. referūt etiā
& de quodā viro potenti nōie Elgas ꝙ abstulerit ab Alcora-
no octoginta quinq; sententias: & addiderit alias totidē sed al
terius sens⁹. quomodo igif vęrū ē quod ipsi dicūt de Alcorano
ꝙ de⁹ dicit nos descēdere fęcim⁹ monitionē/& nos eam serua
bimus? narrāt etiā quædā historiæ Mahumetē venęno extīctū
nec hoc populū habuisse Alcoranū. cū autē Empeūpecer susci
pet principatū: pręcæpisse vt quilibet colligeret quæ posset. &
hoc quod pre manib⁹ Alcoranū habef: eū cōposuisse/reliqua
autē cōbussisse. sed in cap. Elamrā de Alcorano dicit: ꝙ nullus
pręter deū cognouit eius expositionē. et qui ꝓfundiore sūt in-
telligentia dicūt: crędim⁹ ei. nā solus de⁹ omnia nouit. & vęre
in hoc libro multa sunt sic dispsa/sic inordinata vt etiā superi⁹
manifestū fuit: vt nullā sentētiā dicāt/sed demētiā poti⁹ & mē
dacia adūbrent & cooperiāt. factū ē aūt vt cōuenerint hoc esse
Alcoranū/quod nūc in manib⁹ habet. & dicūt deū Mahumeti
reuęlauisse & scripsisse ex ore dei. Elphocaa autē idest magni
doctores & expositores nunq̄ cōuęnęrūt i expositione ei⁹ neq;
in æternū cōueniēt. & sic non solū oriētales inter se/& occiden
tales inter se & i eisdē schollis dissident & diuersæ sūt sectę: sed
adeo diuersæ sunt vt vna condemnet aliā. qdam eni sequūtur
Mahumetē & sūt plures. qdā aūt Hali & hi sūt pauciores & mi
nus mali. & dicūt Mahumetē tyrannica potentia vsurpauisse
sibij p̄i qđ fuit Hali. Insurrexęrūt aūt cōtra vtrosq; qdā philoso
phiæ peritiores & icipiētes legere Aristotelis & Platonis libros
reliquębāt cōmunes Sarracęnorū sectas & ipsū Alcoranū. Sed
ex Babylone qdā nōie Calyphas: edificauit apđ Babylonē aca
demiā & Stanzeriā scholā q̄ clarissia ē: & ordinauit lectionē in
Alcoranū. statuitq; vt quicūq; ex ꝓuicijs veniūt Babylonē Al
coranū discāt: & habeant habitationes & expensas necessarias

a publico. decreuit insup vt Sarraceni qui Alcorano vacât nullo modo philosophiæ operã nauẽt. quapropter neq; bonos Sarracenos eẽ existimant qui philosophiæ operã dãt: ob idipsum huiusmodi Alcoranũ vilipendunt propter causas superi⁹ octauo & nono cap. dictas.

¶ De fictione improbatissimæ visionis. Cap. XIIII.

Quartodecimo narrãda ẽ ficta visio quã Mahumetes effixit: q̃ est expositio cuiusdã capitis Alcorani. dicit eni i cap. filiorũ Israel: laus dei qui fecit trãsire seruũ suũ in vna nocte ex oratorio Elaram qd est domus Meccæ vsq; ad longissimũ oratorium/ quod est domus sancta Hierusalẽ quã benedicim⁹/ et reliqua. expositio aũt sententiæ huius est q̃ Mahumetes in vna dierum psallebat matutinam eius horã. quã cum absoluisset dixit hominibus: o homines auscultate/ heri postq̃ ego discessi a vobis/ venit ad me Gabriæl post vltimam vespertinam psalmodiã/ & dixit michi. o Mahumetes mãdat tibi de⁹ vt visites eũ. cui dixi & vbi eũ visitabo? et dixit Gabriel i loco suo. & adduxit michi iumẽtũ mai⁹ quidẽ asino minus autẽ mulo & nomẽ ei⁹ Elimparac. & dixit michi cõscẽde hoc: & eqta vsq; ad domũ sanctã: cũq; curarẽ ascẽdere aufugit iumentũ. dixitq; ei sta firmiter i gradu. Mahumetes enim est qui vult te ascendere. & respondit iumẽtum: nunquid sum eius causa missum? respõdit Gabriel vtiq;. & dixit iumẽtũ non permittã eũ ascendere: nisi prius rogauerit deum pro me. ego autẽ intercessi pro iumento apud deum meũ ascendiq; ipsũ & ambulabat me insidente tenui gressu/ collocauitq; vngulã pedis in orizõte visus sui: & sic veni in domũ sãctã in minori tẽporis interuallo q̃ possit esse nictus oculi. erat aũt Gabriæl mecum: & duxit me ad rupẽ in domo sancta Hierusalẽ. & dixit michi Gabriel/ descende. quoniam hac rupe oportet te in cęlũ ascẽdere. & descendi: & Gabriel ad rupẽ iumentũ Elimparac cum cingulo ligauit/ & portauit me i humeris suis vsq; ad cęlum. cũq; venissem⁹ ad cęlũ pulsauit ianuam Gabriel: dictũq; fuit ei tu qui es? respondit ego sum Gabriel. percontatũq; rursus quis tecum: respondit Mahumetes. dixit aũt ianitor nũqd accersit⁹ est? & dixit Gabriel etiã: & aperuit nobis ianuã & vidi cateruas ãgelorũ/ & bis flectẽs p̃ eis genua effudi orationẽ. & post hęc cœpit me Gabriel et duxit me ad scd; cęlũ. erat aũt spaciũ horũ duorũ cęlorũ iter quingentorũ annorũ. & q̃ primũ pulsauit ianuã: respõsio facta est ei secũdum õia similis vsq; ad septimũ cælũ. in quo septimo cælo describit se vidisse turmas

angelorum quorũ prolixitas cuiusq; multo millies mũdo maior erat. quorũ quilibet habebat septingẽta milia capita/ et in quolibet capite septingenta milia ora/ et in quolibet ore mille septingentas linguas laudãtes deũ septingẽtis milibus idiomatũ. et aspexit vnũ angelorum flentẽ / et quæsiuit causã flætus eius: & respondit peccatum esse. ipse aũt orauit pro eo. sicq; (inquit) Gabriel cõmẽdauit me alteri angelo et ille alij et sic deinceps quousq; steti corã deo et tribunali eius. et tetigit me deus manu sua inter humeros vsq; adeo frigida: vt ad medullã spinæ dorsi mei frigiditas manus eius penetraret. et dixit michi deus imposui tibi et plebi tuę orationes. cũq; descendissem ad quartum cęlũ cõsuluit michi Moyses vt reuerterer ad leuandũ populum qui tot orationes ferre non poterat. et primo reditu obtinui remissionẽ a decem vsq; ad quattuor/ deinde de quattuor vsq; ad septimam partem/ in fine tantũ imminutus est orationũ numerus: vt paucę dicẽdę remanserint. cũq; diceret Moyses nec hoc poterũt ferre homines: ego pre cõfusione verecũdat⁹ q; toties ascenderim nolui amplius ascẽdere/ sed rediẽs ad Elimparac eqtaui descendens: in domũ Meccæ. horũ aũt omniũ tẽpus: minus fuit q̃ decima pars noctis. visionis autẽ huius multo plus est qđ consulto omisimus q̃ qđ narrauimus. cũq; hãc visionẽ narrasset Mahũęetes vniuersis: mille homines a lęge ei⁹ recesserunt/ dicentes illi ascende de die in cęlum vt nos aspiciamus et videamus obuiãtes tibi angelos. non recognouit suum mẽdacium sed dixit laus deo meo: nunquid aliud quoddam sum ego q̃ vnus hominũ et apostolus/ aliud in cap. Prophætarũ narrat de ijs q q̃rebant fieri ab eo miracula. sicq; dixerũt mahumeti: audiuisti insomnia/ blasphęmias congregasti vel forte poeticæ loq̃ris: veni ad nos ad minus in vno miraculo quomodo missi sũt & priores. respõdit subuertimus (dixit deus) vrbes corã non credentibus. nũqđ hi credent/ & quomodo expectant ab eo miracula/ quoniã qui precesserunt vos non crædiderunt miraculis: & neq; vos etiam miraculis cræderætis nisi per Ensem. Audite igitur Mahumetem si Alcoranum værum existimatis. ipse enim Mahumetes est qui affirmat nullum miraculum fæcisse. longe autem plures fuerunt quos ensis consumpsit q̃ qui gratis eum secuti sunt, vt superius demonstratum est. hæc sola impudens fictio visionis predictę debet sufficere ad confutandum quicquid dixit & fęcit Mahumetes. sicut enim sepenumero ante dictum est: sic permisit eum spiritus sanctus mentiri vt quilibet homo facile figmentum cognosceret. nunc quidem dicit de semet ipso inaudita miracula: aliquando autem dicit nullum mira-

culum fecisse. et aliquādo dicit q̄ est solū nunci⁹ et homo: aliqñ vero q̄ et plus ē q̄ angelus et supra angelos. et quare indiguit asino vel iumento a Mecca vsq̄ ad Hierusalē: q ex Hierusalem vsq̄ ad vltimū cælū ascēdit absq̄ asino/ quō potuit tot splendores angelorū i cęlo sustinere: q dicæbat q̄ quādo apparæret sibi angel⁹ vn⁹ semper in terrā concidæbat et spumās agitabat et īcuruabat et cōtrahebātur man⁹ et pedes ei⁹/ et neq̄ in prędicta visione ponit se raptū: sed dicit q̄ ascendit cū corpore simul et aīa. cui⁹ signū est quia dicit q̄ deus manu sua tetigit eum inter humeros: et sensit frigiditatē vsq̄ ad medullā spinæ dorsi/ vnde deum et angelos supponit extensionē habære spacio corporali.

¶De quibusdā quæsitis in Alcorano cōmunibus/ et de Christi ad Mahumetem excellentia. Cap. XV.

Consequenter mouēdę sunt dubitationes quædam et quæstiones cōtra alcoranū/ de quibus cū non possit rationē reddere Sarraceni: nō solū ꝓuocabūtur simpliciter sed etiā cogētur/ dęmōstrationibus coacti in cōuiuiū vęritatis introire. Prima q̄stio est quid vult Alcoranū cū toties īducit deū pluraliter de se loquētē/ dicit eni ī cap. Elimpacerā ex persona dei: diximus angelis adorate Adā et reliqua. et subinde vsq̄ ad finem libri: aliquādo pluraliter de deo loquitur/ aliquādo autē singulariter. certissimū eni est oib⁹ Christianis et Iudæis et Sarracęnis q ratione vtuntur: vnū esse deū & solū & simplicē/ et non posse habere cōsortē. cur igiť pluraliter loquitur de eo/ et nō valēt dicere q̄ deus loquitur de se et de angelis. dicitur enim illic diximus āgelis. est igiť locutio hęc dei nō angelorū; sed ad angelos. ¶Itē ī cap. Sad dicitur q̄ oēs adorauerūt Adā pręter diabolū. omnibus igitur angelis dixit deus adorate Adam. ¶Item in multis locis Alcorani/ inducuntur tales quędam locutiones pluraliter de deo ī talibus actionibus in quibus angeli nequaq̄ cū deo cōmunicant. sicut in creatione mundi/ et iustificatione impij. dicitur eni in pluribus locis Alcorani nos dicit creauimus celū et terram/ et q̄ sunt ī medio/ et non in cassum. Iudicauimus hominē et mos missimus filium Mariæ/ et dedimus ei spiritū sanctū et Euangeliū/ et miracula: et talia quędam in quibus angeli nequaquā possunt communicare cum deo. Angeli enim creati sunt a deo: sed non simul creant cum deo celum et terram/ et quę sunt in medio. Et nō possūt dicere Sarracæni q̄ pluralis illa vox est dei et cuiusdam alteri⁹ intellectus qui excædit omne creatū: per quē omia fęcit deus. cōstat enim q̄ quicquid est pręter deū: creatura est/ et a deo creatū et nulla creatura potest esse simul creatrix cū deo. ¶Itē nō pos-

sibile e vt de9 pluralit loquat, ppter diuersas q̃ in eo sũt q̃litates sicut est potentia/sapientia iustitia/& talia quæ Arabes vocant Saphat. hęc eni non accidentia sũt in deo/neq; differẽtiæ: sed sunt ipsa diuina essentia. vnde in deo nullã cõpositionẽ nec pluralitatem faciunt/vt per illa deus de seipso pluraliter loquat: quinimmo nec homo nec angelus propter eorũ differentiam potest de seipso pluraliter loqui/tametsi hæc i homine & angelo accidentia sunt & quãdam in his compositionem facientia. Et vęre talis locutionis modus deũ videlicet vnũ existentem pluraliter de se loqui: semel a Moyse inuenitur i Genesi illat9. in formatione eni hominis locutus est deus dicens: faciam9 hominem ad imaginẽ & similitudinẽ nostrã. quod dicunt Iudæi vocem esse dei ad angelos. quod quidẽ est cõtrariũ diuinæ scripturæ: quæ nunq̃ dicit hoiem secũdũ imaginẽ angeli formatum esse sed secũdũ imaginẽ dei. & hoc ẽ quod etiã addit Moyses deinceps post illos sermones dicens: & fęcit deus hominẽ ad imaginẽ suã. ad imaginẽ dei creauit illum. est igitur vox illa patris ad filiũ/vel totius trinitatis ad seipsã. vnus eni & siplex deus essentia: trinus est personis. & hoc dicere potuisset Alcoranũ simpliciter: nisi timuisset nõ posse esse personarũ discretionem absq; discretione essentiæ. Quapropter dicit in cap. Elnesan: o societas libri ne vacilletis in lęge vestra. & ne dicatis/ de deo præter vęritatẽ. Christus IESVS filius est Marię & apostolus dei/& verbũ dei quod in ea p spiritũ sanctũ inspirauit. ecce hic nominat deũ & verbũ dei et spiritũ sãctũ: sed timẽs ne ppter hæc diuina essentia diuidatur vel multiplicet: subiungit statim/& ne dicatis tres deos: quoniã deus/deus est vnus. ecce quantum appropinquauit ad id quod est maxime arduũ in fide/modo quodã hoc dicẽte Ioãne pater & verbum & spiritus & hi tres vnũ sũt. Inducit igitur i Alcorano Mahumetes deũ pluraliter loquẽtem/ ignorans causam. manifesta igitur hinc prima quæstio: q comũiter crędimus cũ his deũ vnũ & solum esse & simplicẽ. ipsi aũt habẽt in Alcorano/deus habet & verbũ & spiritũ: & sic crędim9/vnũ & vęrũ & siplicẽ deũ & ppterea de se loquit singulariter. ppterea aũt q trinus est i psonis: aliquãdo de se pluraliter loquit. ¶ Secũda quęstio est q Alcoranum cõtinue meminit spiritus sancti & verbi dei. quis est ille spiritus sanctus/& quod est illud verbũ dei/de spiritu sancto quidẽ dicit in cap. Elpacerã ex persona dei. dedim9 IESV filio Mariæ/vt faceret prodigia & miracula manifesta: & perfęcim9 eum per spiritum sanctum. & hoc idem repetit per totum cap. Item dicit in cap. Elempia de Maria: inspirauimus in eam ex

spiritu sancto. & in pluribus alijs locis similia dicit de spiritu sã cto. & nõ possunt dicere Sarraceni creaturã quandã esse vt an gelũ quendam bonum: quoniã singulariter de eo loquit tanq̃ de vno sancto. sancti autẽ angeli plures sũt. & omnes sunt dei. quæ igitur causa vt de illo singulariter diceret nostro & sãcto? ¶ Item non esset magna laus de Christo quẽ Alcoranũ inten- dit singulariter cõmẽdare: q̃ deus dedisset ei angelũ custodẽ. etenĩ deus facit angelos suos spirit⁹ & ad nos nucios: vt dicit Alcoranũ in cap. Elmaice ¶ Itẽ angeli nõ sanctificãt homines sed deus immediate & solus: tanq̃ sol⁹ deus possit peccata di- mittere. vt dicit in Alcorano. prędict⁹ igit spũs vęrus est deus. vęrus autẽ de⁹ & etiã is qui de prędicto spiritu loquit dicẽs: de- dimus ei spiritũ sanctũ & inspirauim⁹ ex spiritu sancto. quoniã igitur diuina essentia vna est & simplex/ & non potest discerni vel diuidi/ & ibi est dans & datũ: dans qui dicit dedim⁹/ & dat⁹ qui dicit spũs sanct⁹ qui dicit dat⁹ & inspirat⁹. Inter dantẽ aũt & qui datur requirit distinctio solũ psonalis nõ aũt essẽtialis: & sic solis relationib⁹ distiguũt. & hęc est sola discretio quã Chri stiani in psonis diuinis statuũt. Hanc eandẽ omnino quęstionẽ quã de spiritu sancto quæsiuim⁹/ possumus quærere etiã de ver- bo dei. dicit enĩ i cap. Abrahã dixerũt ãgeli beatę Marię: o Ma ria deus posuit te supra omnes mulięres. & post hęc dixerũt an geli: o Maria nunciat tibi deus verbum suũ. & nomẽ ei⁹ Chri- stus IESVS filius Mariæ. & i cap. Elnesa dicit. ne dicas de deo pręter vęritatẽ Christ⁹ IESVS filius Mariæ apostol⁹ est dei & verbũ dei qđ in ea per spiritũ sanctũ inspirauit. affirmat igit om nino Christũ verbũ esse dei. Quærit igit quodnã sit hoc verbũ dei vtrũ verbũ accidentale vel potius personale & reale. si di- cit verbũ esse vocale solum & accidentale: hoc nõ potest dici. loquit enĩ Alcoranũ & Euãgeliũ de deo singulariter & de vno verbo tantũ. verbũ aũt dei vocale & accidentale qđ a deo exit non vnũ sed multa. omnia enĩ bona verba & sãcta & vera ver ba dei dici possũt. ¶ Itẽ nõ esset excellens cõmendatio Christi quẽ Alcoranum intẽdit singulariter cõmẽdare/ si propter hoc dicatur verbũ dei tanq̃ qui verba dei nũciauerit. non enĩ solus Christus sed etiã alij prophętæ verba dei nũciauęrũt: & tamẽ nullus illorũ dicit verbũ dei. de solo enĩ Christo Euãgelium & Alcoranũ dicit: q̃ sit verbũ dei. si aũt essẽtialiter & psonaliter verbũ capiat: manifestũ q̃ sempiternũ verbũ dei & de⁹ vęrus. sicut enĩ verbũ qđ procedit ex ore corruptibilis hois necessa- rio corruptibile est: sic verbũ quod ex sempiterno ore procedit per quod cęlũ & terram & quæ sũt in medio(vt Alcorani ver-

bo vtar)fæcit/sempiternū et īcorruptibile esse necesse est.quidquid autē ex deo procędit essētialiter/ est de⁹:& hoc modo de⁹ est dei verbū.vnde cū verbū aliquo modo differa: a dicente & continente verbū/et in dei essentia non possit esse diuisio seu distinctio essentialis:oportet vt ibi sit distinctio personalis/& vt verbū a dicente propriis et solis relationibus distīguatur/vt & de spiritu dictum est.et hoc est verbum quo deus oīa quę sunt dixit vt fiant:et facta sunt/sicut et in Alcorano dicitur. et secundum hoc cōuenit Alcoranū cū Euangelio Ioānis qui dicit:oīa p ipm facta sunt.quoniā igit̄ ab eo q loquit̄ verbū cōpręhendit̄ & intellectualiter gignit̄/et qd ab altero generat̄ secundū similitudinē speciei & naturę dicit fili⁹:propter hoc verbū dei dicim⁹ filium dei.sicut si Sol generaret ex se talē splēdorē qui esset sol:illum solē et splēdorē dicæremus filium Solis.in hoc tamen est differentia:q᷑ in creaturis in quibus esse et essentia differunt nō possunt multiplicari subiecta quin multiplicet̄ natura. vnde homo aliū hominē gignit. deus autē in quo idē est esse & essētia:ex seipso verbum gignens/nō aliū deū generat. diuina enī essentia neq̧ dissimilis est/neq̧ secundū aliquē modū ꝓpt̄ summā perfectionē et simplicitatem multiplicari nata.Mahumetes igitur obtusus/ebes/et insensatus homo audiens Christianos dicentes deū habere filium:nesciuit cōsiderare possibile esse filium absq̧ muliere.et ꝓpterea nullā aliā adduxit argumētationē q᷑ de⁹ non possit habęre filiū:nisi quia vxorē nō habet.neq̧ animaduertit quo pacto dixit Dauid quem tātum commendat pręter filium naturalem deum multos habęre creationis filios: dicens ego dixi dij estis et filij altissimi omnes/et non ex muliere.decuisset potius Mahumetē considerasse cum dicat Mariam posse habęre filium absq̧ viri commixtione:consentaneum fuisse vt diceret deum potuisse filium habere absq̧ muliere. verū igitur dixit Mahumetes quando dixit Christum IESVM filiū Marię/et verbum esse dei:sed nō intellexit.si enim intellexisset dixisset:cum sit filius Marię est verus homo. cum vero sit verbum dei:est verus deus.non enim est deus compositus et imperfectus velut homo:cuius verbum et comprehensio mentis et ars et actio non est homo.quicquid enim dei est:deus est. vnde & verbum dei deus est.et intellectus dei deus est. et actio dei de⁹est.Alcoranum autem hominē solū intellexit Christū. quapropter posteaq̧ dixit q᷑ verbum est dei: addidit q᷑ IESVS sic est apud deum/sicut Adam quem creauit de limo terræ/dixitq̧ ei esto.et quomodo hoc cum præcedentibus congruit/cū enim dixerit q᷑ deus infuderit verbum MARIAE & spiritum

eius ex quo natus est Christus: quomodo post hęc rursus opinatur vt Adam is sit quem formauit ex terra/ Inconueniens sane verbũ dei et spiritum eius terram esse: nisi aliquo modo dei naturam terram supponamus/ quod absit. esset enim verbum eius et spiritus eius/ quędam statua: quæ neq; intelligit neq; spirat. Nunc autem deus noster qui est benedictus in sæcula videt et audit omnia/ et habet verbum incarnatũ ex beatissima virgine Maria/ et spiritum sanctum qui eam obumbrauit et humanitatem verbo adimpleuit. Si autẽ existimãt in Adã verbum dei et spiritum fuisse: nõ effugient manifestum mẽdaciũ. si enim verbum dei cum carne et terra illius vnitũ esset/ et spũs repleuisset Adam: nunq̃ decipere valuisset illum Sathanas/ nũq̃ fefellisset. verbo tamen suo dixit deus Adæ: esto. hoc eodẽ verbo quo fæcit omnia. qđ quidẽ ab eterno erat apud deum. Itaq; Christus vęrus est deus/ et verbũ dei. neq; enim verbũ dei minus est q̃ totus deus. siquidem verbum eius omnipotens. est etiam homo verus ex purissima virgine Maria genitus. quatenus homo apostolus est dei et prophæta dei et dei seruus/ et quo ad hoc recte dicit Alcoranum in cap. Elnesa: q; neq; Christus/ neq; fidæles angeli negabunt eum seruum esse dei idest quatenus homo est. non inuenitur tamen in toto Euãgelio q; Christus de se dicat/ q; sit seruus dei ne errorem inducat: sed neq; palã dixit ego sum deus/ sed veris et manifestis operibus ostendit se deum esse vęrum et hominem verum. et propterea dixit si michi non vultis crædere/ operibus credite. et hæc est efficatior probatio q̃ si solis verbis hoc ipsum testatus fuisset. dictum est aũt superius qua de causa ante passionẽ nõ hoc palã dixisset sed apostoli & Euãgelistæ potius: qui manifesta dixęrunt et manifesta signa ad credendum ostenderũt: vt totus mundus conuinceret. Mahumetes autem postquã recte dixit Christũ esse verbum dei: non stetit in veritate sed sibiipsi contradixit dicens ipsum Christum non esse deũ. tamen dixit q; apud deũ se excusatione purgauit qđ patet superius in nono cap. manifeste falsum esse. tum quia dicitur q; Christus dixit adorate deũ meũ et deũ vestrũ/ dominũ meum et dominũ vestrũ. ex hoc autẽ nequaq̃ constat nõ esse deũ. nã quatenus etiã verus homo fuit/ vęrus seruus fuit dei: vt superius manifestũ est. cõtingit ergo de Mahumete qđ de aliis ipse scripsit in cap. Ionæ: dicens q; quidam reprobant quæ non intelligunt/ et quæ non valẽt exponere: queadmodũ et ipse reprobauit mysterium incarnationis/ quia neq; intelligere poterat/ neq; valæbat exponere quę in Euangelio de Christo dicæbantur & secundũ hanc rationẽ neq; trinitatis mysteriũ suscæ-

pit. non enim potuit intelligere personarum discretionē absq; discrætione essentię. & quid mirū si homo carnalis nō percipit excellentissima dei mysteria? hæc igitur sufficiāt de tertia quęstione. ¶ Quarta quęstio est. cum Mahumetes continue in Alcorano laudet lęgem Moysi & Iob & Dauid & dicat Psaltærium librum esse præclarum. super omnes autē libros cōmendat Euangeliū/ in quo dicit esse salutē & dęductionē. quæritur igit cur neq; habent neq; legunt Sarracæni hos libros neq; interpręta ri curāt. Christus eni cū cōmendasset Moysen & alios prophętas: Christiani cū illorū libros nō habęrēt/ acceptos a Iudęis/ variis linguis illos transferri curarūt. habētq; huiusmodi libros authenticos eosq; in scholis legūt. dicunt autē Sarracęni Iudęos corrupisse libros veteris testamenti & Christianos Euāgeliū & libros noui/ nichilq; vęritatis in scripturis remāsisse in mundo præter id qđ in Alcorano cōtinet: vęrū ante monstratum est sufficienter hoc in tertio cap. falsum esse/ & contrarium habęri ex Alcorano. itē quomodo tātus prophæta qualē fuisse Mahumetē existimāt: tantū cōmendasset corrupta exemplaria & dixisset in his esse salutē et dęductionē? vel quomodo nō prędixisset/ imposterū fore corrumpēda? verū potius cōtrarium dixit videlicet q; si in ambiguo de Alcorano fuerint Sarracæni: quærant ab iis q ante eos libros lęgęrunt/ id est a Christianis & Iudęis. & hoc dicit in cap. Ionæ. oportuisset autem poti9 dixisse nę credatis ij s qui corruptos libros habent. ¶ Itē in cap. Abrahā docet vt Sarracæni quęrant authoritatē lægis Moysi: dicēs afferte Pentateuchum si vęraces estis/ et legite in eo/ et reliqua. Causa autē ob quā Sarracæni nō legunt prædictos libros nulla alia est: nisi quia eorū sapientes/ cognoscunt facile depręhendi mendaciū Alcorani si sanctos et vęros libros legerēt. vnde & Alcorani artifex: maliciose prouidit sibi/ & quattuor medęlas apposuit/ ne mendacium ei9 in aperto dętegeretur. quorū vnū quidem est mandare interimi qui contrarium aliquid Alcorano dicerent. quod manifestum fuit superius in quarto cap. Secundum dicit ne disputent cum hominibus alterius sectæ. Tertiū prohibet illis credere. Dixit enim in cap. Abraham: ne credatis alicui nisi illis qui sequaces sunt legis/ et q; in Euangelio est sal9 & dęductio. dicit etiā q; Sarracęni nichil sunt: nisi adimpleant lęgē & Euangeliū. ergo debent Euangelium habęre. Quartum separat se omnino ab illis: & dicit/ michi mea lex & vobis vestra/ & reliqua. & postea/ liberi estis ab iis quæ ego facio: & ego ab ij s q̄ & vos. & hoc dicit in cap. Ionæ. Si igitur Sarracęni recte saperent concilium Alcorani: proculdubio dæducerētur ad salutē. haberēt enim Euangeliū et lęgem Moysi & alias

scripturas: maxime cum eas Alcoranũ/ continue cōmendet & Moysen et Dauid et Salomonem & alios pphætas/ et frequētissime dicat ꝙ alterũ alteri non præfert. et hæc quoad quartā questionem. ¶ Quinta q̄stio est quid vult dicere Mahumetes in Alcorano ꝙ toties dicit et repetit de se scribens: credite i deum & apostolũ/ obedite deo et apostolo/ sequamini deũ et apostolum. scimus enim soli deo debæri fidē et honorē diuini cult9 & actionē obediētiæ/ sequælam viæ. ipse enim solus est principium et finis omniũ. vnde nullus vnq̄ propheta ausus est talia dicere & deo seipsum in talibus associare/ cui nullũ prorsus possibile est sociũ participēue esse. domin9 eni in lege Moysi Iudeis dixit: videte quia sũ sol9 ego. propter hoc autē & Helias dicit: si domin9 deus est ite post ipsum/ si autē Baal sequamini eũ. videt igitur ex talibus Mahumetem nō solũ se dare deo participem: sed seipsum facere ei9 sociũ et consortem. attamē dicitur in Alcorano in cap. Elnesa: non parcet deus si quis ei dederit participē. solus autē Christus neq; consors/ neq; particeps dei existens sed deusværus et homo verus/ potuit dicere: credite in deũ et in me credite. qui tamen nunq̄ dixit credite in deũ et in me: vel obedite deo & michi ne homines cræderent eũ dei participem et consortē. ¶ Sexta questio/ cũ Alcoranũ de Christo multa dicit et magnifica/ ecōtrario autem pauca de Mahumete et profecto indigna et vilia: queritur igitur cur Sarracæni non poti9 sequuntur Christũ q̄ Mahumetē/ et Euangelium q̄ Alcoranũ? et quia cōtraria iuxta se posita magis elucent & æuadunt insigniora: videam9 e regione & altrinsecus q̄ Alcoranũ de vtroq; narrat. dicit eni Alcoranũ ꝙ Christus matri ei9 fuit annũciat9 per angelũ/ et sanctificatus per spiritũ sanctum/ et virtute dei conceptus non operatione nature ex sanctissima virgine et supra omnes alias mulieres munda genit9 est. de Mahumete aũt nichil tale dicit: sed ꝙ fuit orphanus et vag9/ a deo cōductus. ¶ Itē dicit de Christo ꝙ est verbum dei: et scdm hoc nichil potuit ignorare. Mahumetes autē fuit propheta ignarus. dicit enī se nescire quid de se et suis sit futurum. dicit etiam nescio vtrũ ego aut vos in rectitudine simus. vnde et fertur dixisse de patre & matre sua: vtinā scirē qđ est opus illorum. Fertur etiam ꝙ ipse præstigiatus fuerit a Iudeis acub9 ab aliquib9 mulierib9/ vultum cæreũ infixis et proiectis in puteũ. affirmantq; cōmuniter ipsum Mahumetē venæno interiisse quod assumpsit cũ Iudæa quædā/ venā illic secuisset. ¶ Itē Christus ab Abrahā descendit & Isaac cui facta est benedictio et repromissio de cōsequēda hæreditate. Mahumetes aũt descendit per Ismael/ ad quē nō pertinebat repromissio, sed de eo scriptũ est ꝙ futur9 esset homo fe-

rus & man⁹ eius cõtra omnes & reliqua. ¶ Itẽ Christus nullũ vnq̃ peccatũ cõmisit. spirit⁹ enĩ dei & verbũ dei: nõ potuit peccare. Mahumetes autẽ Idololatra fuit & homicida/ mœchⁱ⁹ & rapax & multis alijs peccatis obnoxius cui de⁹ (vt dicũt) peperci. ¶ Itẽ Christus stupenda fecit miracula salutaria. sicut enĩ dicitur ĩ cap. Elmaide ĩ fine/ Christus cæcos illuminauit/ leprosos mundauit/ & mortuos suscitauit. Mahumetes aũt nullũ miraculum fecit secundum Alcoranum. & quæ de eo dicunt vel inopinabilia sunt/ vel impossibilia et absona: sicut Lunã diuisam redintegrare. vel inutilia: sicut camelũ loqui. vel omnino occulta. multa enim dixit in occulto & noctu fecisse: quæ ĩ die requisitus/ ostendere non potuit. vnde ei dixerũt dicis te ascẽdere in celũ ad deũ noctu: ascende de die vt videam⁹ & credemus. Christus aũt maxima & magnifica miracula faciebat interdiu in manifesto & coram multis & videntibus & testibus. q̃re manifesta sunt opera illius. ¶ Præterea Christus magister fuit excellẽs vt dicitur in Alcorano. & ĩ cap. Elmaide quasi ex persona dei: o Christe considera quomodo dedi tibi spiritũ sãctum vt loquaris. Item in cunabilis docui te librum & sapiẽtiã & legem Moysi & Euangelium. Mahumetes autẽ doctor fuit ignauus & ignarus & homo idiota: nesciens aliã linguam nisi suã/ ignorans etiam interpretationem legis suæ. dicit enim solum deum scire Alcorani expositionẽ. ¶ Item Christus secundum Euangelium crucifixus est & mortu⁹ & resurrexit vere & ascendit in celos & sedet ad dexteram dei: Alcoranum autem dicit ꝙ neq̃q̃ mortuus est/ sed assumpsit eum Deus. quare et secũdum Euangelium & secundum Alcoranum & in omnem euentum Christus viuit. Mahumetes autẽ omnimodo mortu⁹ est. sed melior est adiutor viuus q̃ mortuus. omitto alias secũdum quodlibet excellẽtias/ quas de Christo Euãgeliũ posuit. mirũ igitur est quare Sarraceni non sequuntur potius Christũ q̃ Mahumetem & Euangelium potius q̃ Alcoranum: cum valde credibile sit per meliorem legislatorem meliorem legẽ datam esse/ & melius a deo conseruatam veracem & incorruptã/ vt superius demonstratum est in tertio capi.

¶ De Euangelij ad Alcoranum excellẽtia. Cap. XVI.

Euangelij autem ad Alcoranum excellentiam ex superioribus dictis facile possumus colligere. pri⁹ enĩ monstratum est/ nõ esse Alcoranũ legẽ dei: neq; vetus: neq; nouũ testamẽtum huic attestatur/ quia in stilo neq; in sententijs cum alijs conuenit/ quia cõtradicit sibi ipsi/ & quia nullo miraculo confirmatur/ & quia est irrationabi

le/quia manifesta continet mēdacia/quia violentū/quia inordinatum/quia iniquū & qa ambiguū.hæc eni omnia per ipsū Alcoranum paucis sunt prælibata.verūtamen idipsum Alcoranum legētibus:lōge id aptius ignotescit.quapropter & nos audēter dicere possum9:si nobis crędere nō vultis / Alcoranū legite.horū aūt cōtraria in Euāgelica doctrina ǭaptissime visunt.eteni Mahumetes(ǭuis serpens astut9 et lingua mulcēs) p̄cipue tanǭ super omnes ꝓphętas qui sunt/q fuerūt/ quiq3 futuri sunt Christū cōmendat:& Euāgelij doctrinā supra omnes diuinas scripturas magnificat.scim9 autē nullū adeo esse validū/tā potens & efficax testimoniū doctrinæ & vitæ: ǭ laus ab ijs qui conant̄ rep̄hensionē inducere.dicit eni Mahumetes in Alcorano in cap.Elmeide:diffiniuim9 viā hominū p IESVM Christū filiū Mariæ vęracissimū ꝓphętā/& dedimus ei Euāgeliū/in quo est dęductio & lux & vęritas manifesta. & in multis locis Alcorani præcipue cōmendat Euangeliū. eteni Euangeliū in omni loco & lingua excellentissime mūdo seipsū manifestat.quare cōfidēter Sarracęnis dicere possem9 :si vestro Mahumeti nō vultis crędere/Euāgeliū legite.& quoniā vt dicit̄ i Alcorano i cap.Elēphal:volēs de9 ꝙ vęrificęt̄ vęritas p verbū suū & resecęt̄ gubernatio hæreticorū/& vt vęritas vęrificętur & vanitas ęuanescat:ꝓuidit & dispēsauit de9 ne mundus per ignorātiā periret.& vt lex illa quæ generaliter omnib9 & sola necessaria erat quæ est Euāgelij nō in vno loco sed in diuersis ꝓuincijs/neq3 in vno idiomate.sed i diuersis & in omnibus liguis scriberet̄/Hebraice/Græce & Latine & fidęliter trāsferręt̄. in fine autē Euāgelij:mādauit discipulis suis Christ9/vt i vniuerso mūdo Euangeliū pręedicarent .quod vt implęre possent: dedit eis gratiam linguarum & virtutem miraculorum.Alcoranum autem Arabice solū a deo datū esse dicūt Sarracęni & firmiter crędūt nullū posse hoc scire qui Arabicā linguā ignoret.atq ǭ exploratissimū est callęre nō oēs Arabicā liguā neq3 posse hāc discere.scriptū aūt ē i Alcorano sicut & āte mōstratū ē:nullū posse saluari/p̄ter eos q de lęge Sarracęnoꝝ existūt. quapropter non ab re quæri posset si solos velit Sarracænos deus saluos fieri/& eos solos q Arabicā linguā sciūt/Christianorū autē lex quæ scripta est in omnibus linguis dicit:ꝙ deus vult omnes homines saluos fieri.Sarracęni igitur q solo nomine saluati dicunt̄ sicut ante dictū est/& alij omnes qui secundū vęritatem salui fieri volūt:discāt Christū esse saluatorē/legātq3 Euāgeliū in quacūq3 ligua velint/& inueniēt fere cōtraria oīa quæ prædicta sunt & inducta ab Alcorano.iueniētq3 ꝙ Moysi

lex & pphetæ Christū testant/ & nullā esse Euāgelij cōtrarieta tem sed potius cōplementū & pfectionē omniū aliarū scriptu rarū. Inuenient quoq; i Euāgelio stilū nō mimicū vel rythmi cū/ sed simplicē & cōmunē: nō quidē pпter simplicitatē scriben tiū sed pпter vtilitatē legentium/ vt ab omni simplici & idiota cōuenienter intelligi possit. modū nō habet assentatoriū/ neq; turpia vel dissueta nomina/ sed cōmunia & honestissima. fabu lam autē nullā omnino cōtinet Euāgeliū. & si quasdā aliquā do parabolas inserit: ex ipsa verborū cōsequētia/ manifeste pa tet parabolica & similitudinaria esse locutio. cōuenit aūt i ſetē tijs nō solū cū alijs sacris scripturis vt dictū est: sed etiā cū Phi losophis qui de virtutibus & de supremo hominū fine rationa biliť tractauerūt. addit etiā quædā excellissima: ad q̄ naturalis humana ratio nō potest attingere. & nequaq̄ aliqd dicit cui qs dēmōstratiue possit instare. quia cū dēmōstratio cōtineat verū nichil potest esse ei contrariu/ nisi falsum. considerātibus autē diligenter: nulla contradictio in Euangelijs continetur. quare. non solū vnū Euāgeliū cum seipso cōspirat: sed etiā quattuor inter se i omnibus necessarijs circa fidē simpliciter cōsētiūt & mirā seruāt concordiæ harmoniā/ vt de icarnatiōe/ doctrina/ passione/ resurrectione/ ascensione CHRISTI/ & spiritussan cti missione. & si quattuor Euāgelia in diuersis locis & diuersis linguis & a diuersis authoribus a principio conscripta sunt (vt. ante iā dictū est) quidā tamē simpliciores existimauerūt i Euā gelio esse cōtrarietates: quia illud quādoq; quod in vno Euan gelio cōtineť/ in alio nō contineť. hoc autē nō est contradictio/ sed potius dispensatio dei/ quasi ispirāte spiritu sācto/ vt qd ab vno Euāgelista ꝑtermissū ē/ alter dicat. quod aūt ab vno Euā gelista scriptū est/ null9 aliorū triū negauit/ vel contrariū aliqd dixit. Sed quattuor nō omnia opa vel verba Christi cōscripsæ runt. verū ea solū quæ ad salutē sunt magis necessaria. quomo do autem doctrina Christiana pfecte miraculis sit confirmata: in septimo cap. manifeste ante mōstratū est. quā ob rē nequaq̄ oportet amplius i illis occupari. Nulla autē est in mūdo doctri na vel lex q̄ adeo rationabilis existat & pfecta sit vt Euāgeli ca: quæ omnes pturbationes radicitus euellit/ non solū inordi natā actionē & externus verbū phibet: sed & inordinatū animi motū vel intrinsecū affectū/ vt cōcupiscētiā/ iram inordinatā/ & similia ex qbus omnia mala exteriora sequūtur. plantauitq; & cōseruauit omnia bona in mandato perfectissimæ dilectiōis dei videlicet & pximi. habita eni amicitia & charitate pfecta quæ omnia bona cū alijs cōmunicare cogit: nō est opus iusti

ciā quærere/q̄ nos inducit ad restituendū aliena. ¶ Item cōtinet Euangeliū naturalissimū & ꝓprijssimū mandatū/ quęcūq̃ vultis vt faciāt vobis homies & vos facite similiter eis. quo solo habito non est necessariū aliud præceptum respectu ꝓximi. nō solū etiā vęritatē cōtinet Euāgeliū/ sed veluti credunt Christiani doctores: si vnū solū mendaciū in Euāgelio inueniręturtotū Euāgeliū merito suspectum haberęt/ vt et superius in nono cap. declaratū iam est. violentiā autē nullā ꝑmittit Euangelium: quinimo & ipsam violentiā & iniuriā patienter oportęre ferre ait dicēs/ Si qs te alapis in vna gena ceciderit/ ꝑbe ei & alterā. & si quis abs te tollat palliū/ ne ꝓhibeas eū: sed da etiam & tunicā. docet etiā ꝓ illata iniuria & odio beneficiū & dilectionē reddere/ dicens: diligite inimicos vestros/ benefacite ijs q oderūt vos/ & orate ꝓ malignātibus. si qdā Christianoꝝ iniq nō seruāt hęc oīa: neq̃ fidei pręiudicat. nō enim iniquorum ꝑuersio ꝓhibet sāctissimæ lęgis ꝑfectionē & vęritatē. ordinatissima autē est Euāgelij doctrina vt ante in decimo cap. monstratū est & temporis ordine & loci & doctrinæ & materiæ. incipit eni ab icarnatione Christi/ definiens ea q̄ ad natiuitatē erant congruentia. & post natiuitatē cōuenienti tēpore ostendit doctrinā & sapientiā eius. & subinde potētiā & miracula. & deinceps passionē & mortē. vltimo aūt resurrectionem & in cælos ascēsionem. sane nullū malū potest inueniri in doctrina tantæ ꝑfectionis: etsi instabiles & indocti ęuomunt blasphęmias q̄sdā dicentes/ blasphęmiā esse quod in eo asserit̄ de incarnatione & passione Christi/ item de trinitatis mysterio / de quibus (vt ante dictū est) scriptū est in Alcorano q̄ ipsi reprobāt quæ nō intelligūt. ¶ Certissima vęro est lex Euangelica. qa certissime scitur quo tēpore/ quo loco/ a quibus hominibꝰ scripta est Euāgelica doctrina. certissimū etiā est q̄ cōuenientissime & facillime ꝑ reuęlationē intelligibilia sūt quæ in ea crędēda proponunt̄ & nō inuestiganda ꝑ rationē/ vt simpliciores ad eam facile accędere possīt. ¶ Itē scire par est nichil esse i Euāgelio quod non possibile sit a nobis intelligi qui fidei lumíne sumus adiuti. & licet in se sit certissima: nō tamen omnibꝰ est peruia/ sed humilibꝰ solū & simplicibꝰ corde & viris spiritualibꝰ. supbi autē & carnales non possunt hāc sape quorū intellectus sic ad eā se habet vt luciosorū oculi ad diurnā claritatē. sacri autem Christianæ fidei doctores nō tanq̄ nocturni corui in cęca nocte ęerrant: sed attentis oculis tanq̄ aquilæ vęritatis radios fixæ contemplantur. alijs autem ignorantibus et rationem poscentibus/ apte dętegunt fidei mystęria, neq̃ fallunt quærentes

tes vt in Alcorano in cap. Ionæ et in cap. Elcapherim vbi dicitur conueniens esse Sarracenis/ dicere aliis nationibus quę nõ credunt sed contradicunt Alcorano: michi mea fides et vobis vestra. Sed sunt parati ad respondendum cuiq; poscenti rationem de fide et spe quæ in eis est. hoc autẽ est propriũ sapientis rationẽ et causã sui operis reddere. aliter enim quilibet fatuus posset lægem cõdere et cõcludere quidquid vellet. et dicere nichil contrariũ ijs quæ ab eo posita essent esse credendum.

¶ De Sarracænorum responsione ad prædicta. Cap. XVII.

AD hæc autem conãtur respondere quidam superstitiosi et contentiosi Sarracæni dicentes: non dicim⁹ q; Euangelium non sit a deo/ cum Alcoranum hoc manifeste testætur/ neq; dicimus imperfectum esse cum a deo sit/ sed tam ardua et perfecta continet Euangelium vt non sufficiat mund⁹ ea adimplære. quis enim deum ex toto corde et ꝓximũ sicut seipsũ potest diligere? quis potest ꝓ persequentibus et calumniantibus orare? quis ex toto corde benefacere malefacientibus? et alia quędam perfectissima mandat Euangelium. quoniam igitur nõ erat lex quę potuisset seruari: prouidit mũdo deus per lęgem salutis/ et leuia fæcit mãdata et dedit mundo Alcoranum/ quod minime continet huiusmodi difficilia: sed facile est vt saluentur homines per ipsum. Vnde dicunt Alcoranum magis esse commune/ et valde ad salutẽ mũdo sufficere. et propter hoc vocant Alcoranũ antonomasice lęgem salutis. dicunt igitur Alcoranũ successisse quasi loco Euãgelij: et quidquid boni fuisset in Euangelio/ totum fuisse in Alcorano transfusum/ et quod iam minime est opus Euangelio. sed hoc manifestum continet mendacium. non enim possibile est ad tempus datum esse Euangelium/ vt puta vsq; ad Alcoranum/ et post ipsum/ Alcoranũ ei successisse ad salutem hominũ cum Alcoranũ manifeste testætur q; in Euangelio est deductio et salus. præterea non potest dici q; postq̃ dedit de⁹ Euangeliũ: aduertit mundũ non posse saluari per ipsum et correxisse filiũ et temperasse præceptum/ vt deus facta nostra dispenset ab euẽtu. sciæbat enim deus a principio et quid Euangeliũ cõtinet & quid homines ferre possent. ¶ Pręterea ipsũ Alcoranũ dicit q; nichil sunt Sarracæni nisi adimpleãt Euãgeliũ et lægẽ Moysi: vt superius iam dictũ est. Christiani autẽ solũ Euãgeliũ adimplęre dæbent. ¶ Itẽ quomodo posset Euãgeliũ ꝑfectũ dici: cũ non posset secundũ vires ab hominibus seruari? ¶ Itẽ si ꝑfectũ est Euangelium ad salutem et necessaria continet mandata: quid obstat si quædam alta consilia contine t/ quæ magnę per-

fectionis existunt/ hec tamen nō dicit necessaria esse ad salutē.
¶ Itē quanto quæq; lex facilior est: tanto minus prēmio digna est. Si igitur Alcoranum facilius est Euangelio: minus ergo est ad salutem efficax. nō enim dedit deus legem minoris efficaciæ & ad salutem laboriosiorem. constat autem in Alcorano ꝙ & per ipsum Alcoranum dęmones saluari possunt: vt superius in septimo cap. ostensum fuit/ qui non possunt per Euangeliū saluari. est igitur Alcoranum magis salutare q̄ Euangelium. ergo & laboriosius & difficilius. ¶ Item si Alcoranum facilior lex est et periculosior: maiori reprehensione dignus erit non obseruans. sed Sarraceni eā nō seruant: periculosius igitur peccant. ꝙ aūt eam non seruent nec compleant manifestum est. bibunt enim vinum & inebriātur/ comedūtq; illicita/ apud eos non seruāt ięiunium neq; orationē/ neq; expendunt iuxta suā facultatem & alia multa q̄ melius nouit is qui in cōuersatione eorū experientiā cępit: siue facilem hāc dicunt siue difficilem/ periculum nō euadunt. sed in veritate Mahumetes conatus est facilē lęgem fingere: non tamen illi permissum est sic calamum tēperare quin difficilia plurima interseruerit. continet enim lex illa difficultatem multā ad eā intelligendā. nā & dicitur in Alcorano ꝙ a solo deo intelligitur. hoc autē quātum irrationabile est in octauo cap. dictū est. ¶ Itē continet etiā difficultatē ad credendū. dicit eni virginē Mariam peperisse IESVM & deum habęre verbum et spiritūsanctū: quę in ea necessaria sunt & ad nostram fidē & miraculis cōfirmata. ¶ Item difficilis est quo ad opera et adimplętionē: vt circūcidi/ & nō bibere vinum/ & cauere ębrietatē per cętera huiusmodi talia vt quę sūt de ieiunio & oratione/ & de collatione cuilibet secundum facultatē sibi datā a deo & q̄plurima alia q̄ pauci Sarracęnorū obseruāt. vt igit fuit necessarium mundo eorum sententia vt alleuiarentur pręcepta Euangelii et darętur Alcoranū leuius: ita posset dici esse necessarium vt darętur alia lex leuior/ q̄ posset ab hominib⁹ obseruari/ & tā Euangeliū q̄ Alcoranum dęlerētur. alioqui si pauci saluarētur esset culpa dei: qui talē lęgem dedit quā homies seruare non possent. ꝙ si hoc est absurdum & incōueniens: standū est in primo scilicet ꝙ Euāgelium sit lex a deo sanctissima sicut & est pariter et toti mundo obseruanda/ & quæ vires hominum non excedit. & verus in toto orbe terrarum & solus agnoscendus est CHRISTVS IESVS saluator: et lęgislator & lęgem tulisse gratiæ et salutis/ Cui sit cum æterno patre & spiritu sancto in toto orbe et ab omni gente debitus honor in sęcula interminal.

A M E N.

¶ PROœmium in libellum de moribus/ conditionibus & nequitia Turcorum a quodam Christiano prouinciæ Septemcastrensis diu in manibus Turcorum captiuo æditum.

IMmanissima persecutionum genera nõ tã humana q̃ diabolica tribulationes et angustias et terrores nouissimorũ tẽporũ: q̃ humano generi futura prędicta sũt/ & adhuc quotidie annũciãtur i serie tam noui q̃ veteris testamenti/ in horrẽdis draconũ & bestiarũ figuris/ in stupendis cęlorũ & elemẽtorũ motibus/ in cælestiũ spirituũ tã insolitis actibus et repræsentationibus/ hactenus i codicib⁹ legebamus. Nunc autẽ nõ multis exẽplaribus opus est: cũ manifestis experiẽtijs luce clarius doceamur ea in foribus nostris adesse & ceruicibus nostris incessanter & indubitanter incũbere. Vel forte nõ vidæmus illã cruentissimã beluã inimicũ crucis Christi draconẽ crudelissimũ: sectã dico & cateruã Turcorũ infidælissimorũ/ dęmolitis cunctis partibus orientis/ & afflatu suo populi Christiani multitudine infinita venæno suæ infidęlitatis infecta/ finib⁹ Italię appropiquare/ et ad ruinã Romanæ ecclesię (quã solam reliquerat) totis viribus inhiare. O quis nõ doleat sup tot & tãtarũ animarũ morte: quas quotidie apertis faucibus insatiabiliter deuorat. & sue damnationis herędes facit? O perniciosa et crudelis nimis persecutio. O a sęculis inauditũ scelus. Nõ enim in corpora sicut cæteri persecutores/ sed in animas sęuit: et dũ corpora exterius fouẽdo sub pietatis specie nõ occidit: interius fidem auferendo/ animas sua diabolica astutia occidere intendit. Hui⁹ rei testimoniũ innumerabilis multitudo fidęlium esse potest. quorũ multi promptissimi essẽt pro fide Christi et suarum animarũ salute/ in fide Christi mori. quos tamen conseruando a morte corporali et ductos in captiuitatem per successum temporis suo infectos veneno fidẽ Christi turpiter renegare facit. Huius reiværitatẽ et in meipso expert⁹ didici qui cum multo mẽtis gaudio expectabã mortẽ pro fide Christi subire: et tamen (vt inferi⁹ declarabo) de igne semiuiu⁹ extractus & vitæ redditus/ per successum tẽporis detẽtus in manib⁹ eorũ/ venęno erroris eorũ quasi infect⁹ de fide Christi nõ modicum dubitaui. et nisi misericordia dei michi affuisset et me custodisset: turpiter eã negassem. Igitur meę intẽtionis in hoc tractatu est/ ea quę de actibus/ cõditionibus/ moribus et nequitiis Turcorũ experientia me docuit: memorię et scriptis cõmendare. vt si sęcunda vice (qđ deus auertat licet adhuc satis timeã)

me iam senē in manus eorum incidere contingat: ab eorū erroribus melius q̄ iuuenis sæci me custodire sciam et valeā. Et credo q̄ etiam multum vtilitatis possit conferre: si vnusquisq̄ fidelium istis temporibus talia audire/ studære & legere conaretur. eo q̄ sicut liquide constat multi imo innumerabiles Christiani/ fidem Christi abnegant/ ignorantes immo non crædentes ea quæ de eorum astutia dicuntur: donec illaqueati docentur experientia quod prius intelligere neglexerunt.

¶ Nunc autem meæ infœlicitatis historiā enarrare volo: quomodo scilicet et quādo fui captus a Turcis et ductus in eorum captiuitatem. vt ex his/ etiam quę illis dicturus sum vnusquisq̄ certius fidem faciat: dum me nō fabulas seu ficticia/ sed expertam in meipso veritatem narrare simpliciter deprehenderit. Vnde cum anno domini millæsimo quadringentesimo tricesimo sexto in obitu imperatoris Romanorum Sigismundi/ magna inter Hūgaros et Alemanos exorta fuisset dissensio de creando rege/ eo q̄ imperator legitimum successorem non reliquisset: Turcus magnus qui vocabatur Morathbeg/ pater illius qui nunc regnat videlicet Mahumethbeg/ in graui exercitus multitudine partes illas intrauit. dicebatur enim habuisse trecenta milia equitum/ ea intētione vt totam Hungariam vastaret: quod et fecisset/ nisi cuiusdā fluuij inūdatio (deo sic disponente) illi impedimento fuisset. Illa itaq̄ intentione frustratus direxit aciem ad prouinciam vltra montanam quæ septem castra nominatur: et omnia sibi occurrentia crudæliter vastauit et demolitus est/ nullo sibi impedimentum pręstante. ¶ Ea tempestate ego iuuenis quīdecim vel sexdecim annorū eiusdē prouinciæ/ anno præcedenti recesserā de loco natiuitatis meæ: & veneram in quoddam castellum siue ciuitatulā nomine Schebesch secundū Hūgaros/ in Teutonico vero Muelenbach/ studendi gratia. Quæ quidem ciuitas tunc erat satis populosa/ nō tamen vsque adeo munita. ad quā cum Turcus vænisset/ & castris positis expugnare cœpisset: dux Valachorū q̄ cū Turco venerat/ propter antiquam quam prius contraxerat cum ciuibus illius ciuitatis amicitiam/ vænit ad murū: et sedata pugna/ vocatis ciuibus persuasit vt suis consilijs consentirent/ et cū Turco non pugnarent eo q̄ nequaq̄ ciuitatis munitio esset sufficiens ad resistendum. Hoc igitur fuit eius consilium vt ciuitatem Turco cum pace darēt: & ipse a Turco impetrare vellet q̄ maiores ciuitatis vsq̄ ad terram suam secum ipse duceret/ & postea quando placeret eis vel recedere possent vel apud suos manere. Reliquum vero vulgus sine alicuius rerum vel personę de-

trimento Turcus in terram suam duceret: & ibi data ipsis terra ad possidendum/ deinde ad placitum recedere vel habitare in oportunitate temporis in pace possent. Quæ omnia vt promiserat impleta vidimus. Impetratæ igitur cum hoc pacto induciæ vsq; i crastinū: vt vnusquisq; posset se disponere cum rebus & familia cum pace exituri. Quidā aūt vir nobilis cum fratre suo æque strēnuo viro qui prius fuerat castellanus & cum Turcis multum cōflixerat/ huiusmodi consilio & pacto nequaq̄ acquiescēs dixit se prius cēties velle mori q̄ se et vxorē & filios in manus Turcorū tradere: persuasit etiā illud & cōpluribus alijs & electa vna de turribus introiuit eam/ & per totam illam nocte arma & victualia intulit & fortiter muniuit. ¶Cū his igitur & ego turrim intraui: & expectabam cū magno desiderio magis mortē q̄ vitā. Facto itaq; mane Turcus magnus in propria persona ad portam ciuitatis venit & omnes exeūtes vnūquēq; cum familia sua iussit scribi: & deputatis custodibus in terram suam duci sine aliquo rerū vel personæ nocumēto. Ciues quoq; & maiores duci Valachorum eodem modo ducendos in suam terram concessit. ¶Cum igitur vniuersus exercitus eius de hac præda nullam partem habere potuisset: cum maximo impetu & intolerabili furia vnanimiter ad turrim in qua eramus spe aliquid lucrandi cucurrerūt. Quanta autem & qualis hæc fuisset tempestas: lingua nulla sufficeret exprimere. Tanta erat dēsitas sagittarum & lapidum: q̄ densitatem pluuiæ vel grandinis excedere videretur. Tantus erat clamor pugnantium / & fragor armorum/ & strepitus currentium: vt cælum & terra cōcuti viderentur in momento. Et quia turris multum decliuis erat repente tectum sagittis & lapidibus contriuerunt / propter fortitudinem tamen murorum/ nequaq̄ potuerunt præualere. Cum igitur tardior esset hora vt puta sole declinante post meridiē & nichil profecissent: inito consilio/ alijs pugnantibus alij ad deferēda ligna cucurrerūt/ & struē lignorū quasi ipsi turri æquerūt. Submisso igit igne: nos tāq̄ panes i furno decoxerūt. Et iā q̄si oibus mortuis cū vidissent amplius neminē in turri moueri: distrahentes ignem irruerunt per ostium: & si forte aliquos semiuiuos inuenissent/ refocillatos extraxerūt. me quoq; eodem modo extrahentes/ mercatoribus venditū tradiderūt. q̄ me cū cæteris captiuis positū in catena/ traiecto Danubio vsq; i Edrenopolim vbi sedes est Turci magni deduxerunt. De anno autem domini prædicto / vsq; ad annum domini millesimum quadringentesimū quinquagesimum octauum inclusiue

illius durissimæ captiuitatis grauissima onera & intolerabiles angustias non sine corporis & animæ periculo sustinui:& tandem deo auxiliante(vt infra declarabo)liberatus superaui.

¶ Quomodo Turci terram & regioné orientalem incœperunt possidere & inhabitare. Cap.I.

Secūdū omnes historiarū scriptores/apte constat q̃ lex Mahumetis & secta Sarracenorū incœpit circa annū dñi sexcētesimū sub Bonifacio quīto & Heraclio imperatore.floruit autē circa annū dñi octigētesimū sub Leone quarto & Ludouico iperatore. Tūc cū Sarraceni ad tātū creuerūt nūerū & multitudinē & crudelitatē cōtra ecclīam:vt iādudū capto iperio Hierosolymitano / Romā veniētes obsederint:& omnia quæ extra munitionē inuēta sūt crudeliter cōbusserūt.ecclesiā quoq̧ sācti Petri stabulū equorū fecerunt & fūditus destruxerūt Italiāq̧ & Siciliam deuastātes redierūt.fructū aūt omnis maliciæ & nequitiæ in prodigijs & signis mendacib9 quib9 nunc innumerabilib9 abūdat: incœpit facere circa annos domini mille ducentos octaginta. Tūc enim permittēte deo Solthan9 magn9 egressus de plaga meridiana processit cōtra orientē:& obtinuit omnē regionē & munitionem vsq̧ ad mare.Cū igitur vidisset terram spaciosā & multum aptam ad inhabitandum/diuisit eam in septem partes:& dimissis ibi septē de principibus suis/ vnicuiq̧ partē vnam commendauit & tradidit iure hereditario possidendam. Quorum primus habebat nomen Othmanbeg/secūdus Ermēbech/tertius Germenbeg/quart9 Zarchanbech/quītus Audibeg/sextus Menthessebeg/septim9 Karamanbeg. Cum igit̄ procedēte tempore vnusquisq̧ terram suam icoleret/ gubernaret & in pace possideret:ille qui vocabatur Othmanbeg cœpit terram suam & fines suos dilatare/& eius qui iuxta eum erat a parte orientis terram inuadere.cui cū ille resistere non posset:relicta terra fugit/& ad illum qui Karamanbeg dictus est se contulit.Igitur Othmanbeg istius terra obtenta conuertit se ad inuadendum terram illius qui iuxta eū erat ex alio latere:& eo/ prioris modo expulso/ transijt ad tertiū/ad quartū/& ad quītum.& sic omniū aliorū terram ipse solus obtinuit:excepto solo isti9 qui Karamābeg dictus est:& hoc ideo quia isti qui a facie eius fugerant eidem auxilio erant/ & etiam quia terra isti9 multum ad expugnandum difficilis erat:tum etiam(vt magis credēdū est)q̄ deo sic placuit.Sicut eni olī in deserto aliquas gentes deus inuictas dimisit in quibus exercerētur Israel: sic etiam illi facere voluit.Nam vsq̧ in hodiernum diem inuictus

perseuerat: ac multas insidias & obstacula ei præbet. nisi enim cum eo pacem habuerit: nequaquam audet se contra alium ad bellum mouere. quod si fæcerit: imediate ille terras suas inuadet. Ter enim me illic adhuc existente/ descendit et multa vastauit/ combussit et diripuit. ille etiam contra eum pluries ascendit: & tamen modicum profæcit. nam vna vice cum tanta furia & indignatione ad eum exterminandum/ in multa copia exercitus perrexit. inter quos vt dicebatur/ erant viginti milia peditum portantia secures & alia instrumenta ea intentione vt terram illius penitus euerteret incisis arboribus et vineis: ita quod amplius inhabitari non posset. et tamen reuersus/ composita pace intacta reliquit. Ex quo potest haberi certa coniectura/ sed et cõmune prouerbium habætur apud eos: quod Karamanbeg stabit in æternum. Ille igitur Othmanbeg & posteri eius qui ab eo nomen acceperunt: Othmanegki dicti sunt/ idest filij Othman vsque hodie. ipse est rex et dominus totius Turciæ. intantum autem profæcit & quotidie proficit/ vt non solum in oriente/ værum etiam in occidente/ eius iam timor habeatur. Et ipsum licet Tartarus magnus de orientalibus procædens semel superauerit (vt solitus erat dominus meus narrare) quia tamen adhuc vltra mare nõ obtinuerat: non habebat potentiam resistendi. Istis autem temporibus tantæ est potentiæ/ vt eo potentior non inueniatur nec audiatur in orientali plaga. Ceterum omne regnum vltramarinum/ vsque hodie adhuc in septem regiones diuisum: vocabulis priorum inhabitatorum nuncupatur scilicet Othmaneli/ Ermeneli/ Germeneli/ Zarchaneli/ Audingeli/ Menteschcli/ Karamaneli.

¶ Quomodo multiplicata est secta Turcorum. et quonam pacto hoc nomen Turcus accæpisse videtur. Cap. II.

De secta autem Turcorum quemadmodum in præcedenti cap. tactum est/ quod videlicet hæc secta fructum suæ maliciæ/ a culpa Christianorum Christi fidem negantium cõsecuta sit: eo ordine quo nunc quotidie apertissime fieri cõspicitur: etiam tunc perpetratum fuisse/ nulli dubium esse potest. Vnde sicut dictum est: cum Sarracæni qui & Mahumetistæ: incœpissent persequi Christianos/ et eorum terras occupare/ multi ex Christianis volentes dæclinare illorum persecutionem/ seipsos eis sponte tradiderunt. hoc autem liquet/ quia adhuc vsque hodie multa castella & oppida sunt in Turcia de illis antiquis Græcis sub dominio Turci: quæ se tunc sponte tradidærunt/ & ideo intacta permansærunt. Vnde factum est vt ipsi Christiani eis auxilio fierent/ ad cæteros Christianos persequendos. et sic eorum

culpa cœpit crescere propter censuras Ecclæsiasticas quas non timębant incurrere. Et quia ipsi Christiani erant: incœpærunt sub quadam pietatis specie Christianis deuictis parcere/ et eos ī seruos et ancillas sibi retinære. Hinc igitur exorta est hæc impia auiditas possidendi seruos et ancillas: quę vsq; hodie in illa execrabili secta perdurat. Tandem illius fictę pietatis culpa intantum excræuit: vt malicia Christianorū in persequēdis cæteris Christianis/ excæderet infidęlium furorem/ eorumq; fierent eo ipso facinore et magistri & prælati. vt in culpa discipulos habęrent: quos ad perdēdas animas/ sustinuęrūt magistros. Hinc insuper subortus est ille nouus et spiritualis Mahumetes: aut Antichrist⁹ aut Antichristi soboles: et cœpęrūt iā nō Sarracæni sed Theorici id est spirituales nomen habære/ eo ꝙ in attrahendis Christianis ad suam maliciā et auertendis a fide Christi et societate Ecclæsię quasi supernaturalē viderētur habere efficaciam. Cum igitur Ecclęsia eos corrigere per publicas censuras decreuisset: ipsi culpam suam excusare et seipsos iustificare cœperunt/ dicentes se Ecclæsię in hoc multū seruire/ eo ꝙ Christianos ab incursu Sarracænorū custodirēt. et tūc addita est eis secunda malicia scilicet ficta humilitas/ & suiipsius sub specie humilitatis cōtra Ecclæsiam ęrectio: cui⁹ prę̄mium est exterior apparentia in moribus/ et exemplaritas simulata et religionis ficta ostētatio: et ex hoc hypocritæ nomē & rē sibi nō immerito vendicauęrūt. Cum igitur procedēte tempore/ crescente culpa eorū et malicia/ Ecclæsia eos videret obstinatos: brachio seculari armata contra eos processit. At ipsi non cognoscentes sed dęfendentes culpā suam: Ecclęsiæ publice restitęrunt. & habita contra eam victoria/ terras Christianorū inuasærunt: et more tyrannico omnia deuastantes/ totum orientem obtinuerūt. Et ex tunc inimici dei facti et Ecclęsiæ hostes ab vnitate eius diuisi: sese humani generis inimico subdidærūt. Cui⁹ demū auxilio et potentia fræti/ etiā virtutibus & falsis miraculis clarære cœperūt: vt scilicet præmiū suę desperationis cōsecuti/ et in obstinatione omnium malorum confirmati/ citius et facilius valęrent imperio diaboli parære & ad eius libitum animarum perditionem operari. et ex hac sanctitatis specie tertium quoq; nomen accępęrunt: vt scilicet idolum vocarentur et essent. Sed ꝙ tale fuerit initiū huius sectę: apparet in figura Apocalypsis tertiodecimo vbi vltimæ persecutionis forma/ ponitur in figura bestiæ ascendentis de terra: habentis duo cornua similia agni et loquentis sicut draco. Ista enim bestia ascendit de terra/ quia a firmitate et soliditate Catholicæ fidei orta: habet duo cornua

similia agni:maliciã iuidiæ sub specie pietatis/& nequitiam superbię sub specie humilitatis & obedientię consecuta.loquitur sicut draco:quia opera falsorũ miraculorũ virtute diabolica se facere ostendit.Nũc demũ vide quomodo Ecclesia Antichristi/per omnia similitudinẽ tenet Ecclesię Christi/etsi modo peruerso.Illa eni pro fundamento suo habet opus sanctissimæ trinitatis vnicuiq; personę proprium attribuens.nam prælatura Ecclesiastica est opus trinitatis attributum patri.exemplaritas quæ per incarnationẽ et obediẽtiam fuit:est opus trinitatis/attributum filio.miraculorum autem operatio : est opus trinitatis attributum spiritui sancto.Ad hæc tria/omnia reducũtur q̃ ad salutem animæ pertinent.Ad ista etiam tria quæ de principio ecclesiæ Antichristi supra diximus : reducũtur omnia quæ de necessitate fiunt ad damnationem totius hominis.

¶ Q̃z terribilis & q̃ timenda sit secta Turcorum. Cap.III.

Cum tam multa immo fere oĩa huius tẽporis accidẽtia & occurrẽtia/nos psuadeãt esse debere sollicitos doceãtq; finẽ mũdi iminere:prę serti cũ nobis certũ sit q̃ nosipsi sum⁹ in quos fines sęculorũ deuenerũt. sacra quoq; scriptura vtriusq; testamenti & q̃ pfundissima illa Apocalypsis illæq; terribiles & horribiles figuræ Danięlis atq; Ezechięlis/quæ nobis non tam ad sciendum & intelligendum q̃ ad timendum de vltimorum temporum periculis / scriptis demandata sunt.quorũ etsi materia descriptionis terribilis sit: effectus tamen multo terribilior sine dubio credendus est.Dispositio quoq; huius mundi cuius senectutem & propinquum iam finem nobis aperte demonstrant / in omni statu pronitas ad malũ/difficultas ad bonũ/desidia ac negligentia. ambitio prælaturę.tarditas obędientiæ artium quoq; curiositas . edificiorum varia superfluitas.& in scientijs prę sumpta nouitas .in omnibus deniq; rębus superaddita antiquitati noua vanitas. Sed inter hæc omnia/illa cruenta bestia (sectam dico Turcorum)nos multum sollicitare debęret.cuius continuum augmẽtum/assiduitas pręliorum & persecutionum/diuturnitas durationis:nõ aliud q̃ grande discrimen & scandalũ tribulationesq; & miserias extręmas denunciat.de quibus tamen omnib⁹/vel minime curamus:non ob aliud certe nisi quia abscondita sũt ab oculis nostris/testante abbate Ioachim super illud Apocalypsis tertiodęcimo.Quis sicut bestia/& qs potest pugnare cũ bestia/ita dicẽs.Heu heu quot esse arbitror natos i mũdo q tãtæ hui⁹ calamitatis angustias nõ euadẽt. & nũc abscõdita sũt ab oculis eorũ.Infœlices matres quæ tales genuęrũt & vbera

quæ lactauerunt filios / miseri parentes qui pro talibus thesaurizant: nescientes quod cogitet dominus malum super diuites terræ. Audite/ audite obsecro vos oēs qui diligitis natos vestros/ audite omnes qui paruulos delicate nutritis. docete filios vestros habitare in siluis/ viuere in deserto de radicibus herbarū/ delicias affluentes dereliquere/ & carnis epulas deuitare vt discant commorari cum feris: donec pertranseat indignatio ista. Hæc ille. Certe credo quod sicut tēpore Noe incredulos aquæ diluuij repente occupauerunt: sic istis temporibus inuoluet incautos magna vindicta & vniuersalis indignatio diuina ineuitabilis & sempiterna. Istam quoque extremam necessitatem saluator in Euangelio docet declinare & fugere dicēs Nolite timere eos qui occidunt corpus/ animam autem occidere non possunt. Et sequitur. Timete eū qui postquam occiderit/ habet potestatē mittere in gehennā. et dicit notāter postquam occiderit / nō determinās modū. non enim illa persecutio occidit modo humano sed diabolico. Communis enim modus occidendi/ est animam & corpus adinuicem separare. inhumanus autem immo diabolicus est animam occidere/ & ad inficiendū alios suo fetore quasi cadauer putridum eam in corpore viuo sepelire. Sicut enī in electis exterior exemplaritas virtutis ad profectum animarum ē bonus odor Christi animæ sanctæ in corpore degētis: sic nimirum reprobis simulatio virtutis exterior ad decipiendum animas est fetor animæ ī corpore viuo existentis. hæc sunt sepulchra dealbata: quorum fetor īfidelitatis totum orientem infæcit/ & nunc se incipit trāsfundere in occidentem. Sed terribile est valde quod sequitur. habet potestatem mittere in gehēnā. O inaudita malicia/ o nequitia excedens omnem diaboli astutiam. Quis enim crederet diabolum posse cogere homines ad faciendum malum? ista tamen maliciosa secta non cū violentia sed longi temporis consuetudine volūtatis libertatem aufert/ firmitatem frangit/ cordis constantiam vincit & in tātam cæcitatem perducit rationem hominis: vt fidem (pro qua prius erat paratus mori) postea infectus & deuictus turpiter negare cogatur. Quis huius potestatis maliciam valet euadere? Tante enī est vehementiæ & crudelitatis: vt anima in copore existēte/ vtrūque hominem occidat et mittat in gehennam. Quomodo enī viuere dicendus est: qui toties mortis periculo expositus aut pecunijs vēditus/ toties sui iuris potestatē amisit? aut quomodo viuere dicendus est: qui mortē toties desiderauit & quesiuit? Certe si michi creditur experto: tot mortibus interij/ quot inter Turcos dies vixi. Sed nō satis dixi, si enim ouis in mani-

bus lupi viuere per horam non potest inter quos est solum inimicitia naturalis: quomodo Christianus in manibus Turci viuere potest inter quos est inimicitia supernaturalis & spiritus. hoc malum persuadeo vnicuiq; Christiano/ quantum possibile est: declinare/ ab hoc fętore vnumquęq; fidelem longe esse cōsulo. tanta enim est eius intensio: vt ad intima cordis penetret et nec etiam ipsius animæ præcordia intacta relinquat.

¶Quomō differūt psecutio corporū & psecutio aiarū. C. IIII.

VT autē videamus quomodo differant/ ecclesie pria persecutio et ista vltima: non incongrue applicari potest figura appocalipsis tertiodecimo. Ibi eni fit mētio de duabus bestijs quarū pria de mari ascendisse dicit/ altera de terra. Et illius q̄ de mari ascendit terribilis quidē aspect9: non tñ terribilis describitur i facto. Sed illa q̄ de terra/ licet non terribilis multum in aspectu: tamen multū terribilis in facto describitur. Et quia sicut cult9 diuin9 dupliciter consideratur scilicet accidētaliter & essentialiter: sic ad ei9 persecutionem duplex modus persequendi necessarius fuit/ sicut ī his duabus bestijs patet. Fuit igitur primo cultus veri dei ipugnatus ab idololatria in accidentalibus. & ideo omnia de prima bestia scripta ad exteriora pertinent. Consistit enim cult9 diuinus accidentaliter in compositione morum/ in humilitate & paupertate/ continētia/ castitate/ frugalitate/ sobrietate/ pietate/ vigilijs & orationibus/ oblationib9/ sacrificiis/ elemosinis/ peregrinationibus/ ecclęsiarum edificationibus & custodiis & his similibus quę corporaliter exercentur. Cōtra talia armauit se gentilitas cum exteriori & materiali apparatu. Vnde in prima bestia describuntur decem cornua cum decem diadęmatib9 & septem capita cum nominibus blasphęmiæ. In quib9 decem cornibus potest designari omnis potentia quę consistit in rębus terrenis/ acquirendis/ gubęrnādis/ dispensandis/ expēdēdis/ custodiēdis/ cum omni sufficientia in omni pompa quæ ad hoc pertinet. Per diadęmata eorum/ efficacia in omni pompa ac gloria & ornatu quem consecuti fuerant Romani gentiles in dominio toti9 orbis accipi potest. Per septem capita nō incōgrue omnis industria/ prudentia/ astutia qua pollebāt ad subijciendum sibi populum & regēdum designari potest. Nomina blasphęmiæ/ quid aliud nisi patrociniū adiutoriū & fauor quē habębant a dęmonibus quos collębant/ super malicijs contra ecclęsiā perpętrandis dici possunt. Et sic breuiter in isti9 bestiæ figura cōtinętur omnis/ illius primæ persecutionis malicia contra ecclęsiam ad ęuacuādū cultū dei. Sed hoc quod dicitur de

capite quasi occiso/cui9 plaga mortis curata est:significatur q̄ persecutionis illius maliciosa intētio nequaq̄ effectum habuit. quæ dum ad euacuandum cultum veri dei/martyrum corpora immanissimis subegit supplicijs & eos varijs mortib9 iterfecit: nō solū nichil obfuit sed quātū ad meritū vitæ æternæ animabus & corporibus sanctorum magnum obsequium præstitit. & propter hoc plaga mortis eius curata est: eo q̄ per orationes Ecclesiæ impedita est ne culpa ei9 ad vltimū excessū attigeret/ vt scilicet inimic9 dei fieret & plaga ei9 incurabilis foret. alioqui Ecclesię orationes ei auxilio esse contra diabolum nō possent. Vnde factum est vt gentilitas fidem Christi demū mereretur premiū suę persecutiōis accipere. Secunda aūt p̄secutio/ quia diuini cultus essētialia ipugnare debuit: armis se spiritualibus muniuit. Diuinus enim cult9 essentialiter in anima & potētijs eius consistit. Et ergo non imerito istius secundæ bestiæ duo cornua similia agni describuntur: in quib9 simulatio virtutis & sanctitatis exprimitur cōtra duas potentias animæ. & q̄ loquebaẗ sicut draco: p quod falsorū miraculorū & virtutū operatio cōtra tertiā potētiā animę designaẗ. Q̄z aūt ignē de cælo descēdere fecit in terrā: illud iordinatū desideriū supnaturalium experiētiarū quę solet istis tēporib9 abūdare in mētib9 simpliciū & curiositas ad p̄scrutādū secreta dei/ possum9 nō incongrue accipere. De imagine autē & caractere bestię talē interpretationē formare licet. nā qui p̄pter bona q̄ facit/ reuelatiōes vel visiones expectat vel cōsequiẗ: caracterē bestię in dextera vel in frōte portat. Et sicut prima p̄secutio totū mūdū sua culpa participē fecit/ vt patet i Romanis qui p̄ totū mūdū idololatriā dilatauerūt: sic p̄secutio secūda suæ malicię peste q̄si neminē nō infectū reliquit. Quis eni simpliciū vel idiotarū sentiens in se aliquid vel modicū deuotiōis: non stati desiderat habere reuelatiōes/ visiōes vel scire secreta dei? sed de desiderio iordinato & appetitu dignitatis Ecclesiasticę & honorū quid dicā? est ne inuenēd9 aliq̄s q̄ sibi oblatū quodcūq̧ beneficium ecclesiasticū nō sine omni mora & sine omni scrupulo ignorātię vel insufficiētię imediate nō acceptet? Sed de ijs q̄ talia tyrānice iuadūt vel p̄ pecunia emūt vel alijs illicitis modis sibi vsurpare nō timēt: nichil audeo dicere nisi hoc q̄d i ista figura ponitur vt ne quis possit emere vel vendere nisi q̄ habet characterē bestiæ q̄si digito demonstrās p̄sentē Ecclesię statū: i quo ~~nichil~~ repiẗ q̄d a vicio Simonię sit alienū. Sed nūc i hoc cōcludendū est q̄ licet iter Turcos p̄sonaliter nō sint/ omnes tamen reprobi mentaliter ab eorū cōsortio i culpa non sunt disiuncti.

¶ De sollicitudine quam habent Turci ad inuestigãdum et rapiendum Christianos. Cap. V.

Vm igit sicut in precedẽti cap. dictũ est/ ille duę persecutiões aduersę sũt imo oppositę cõditiõis: necesse ẽ vt media qb9 exercẽdę sunt/ aduersa et opposita existãt. Primi igit persecutores nõ multũ laborabãt ad iueniẽdos ipos Christianos: eo q ipsi se eis vltro offerebãt. Tũc eni maioris meriti erãt q se vltro persecutorib9 offerebant: q̃ quos ipsi dephẽdebãt vel q̃retes inueniebãt. Persecutores vero animarũ fugere & declinare/ ad salutẽ nec essariũ esse Euãgeliũ docet: dũ eoidẽ significando dicit. Ostẽdã aũt vobis quẽ timeatis. nõ enim sine culpa esset/ ad periculũ aię se vltro exponere. Ideo nũc de idustria/ versutia & neqtia quã iuenerũt docẽte eos instinctu diabolico ad inuestigandos et capiẽdos Christianos vidẽdũ est. Vnde Turc9 magn9 vltra exercitũ suũ vniuersalem/ semp tenet vnũ exercitũ pticularẽ vigiti vel trigĩta miliũ virorũ astutissimorũ magis q̃ fortiũ: cui pręficit vnũ de peritissimis omniũ quos in suo exercitu habet. Qui quasi qdã latrũculi magis nocte q̃ in die operãtur. Isti nullo anno intermisso semel ad min9 ad predã exeunt: aliquãdo etiã i vno anno bis vel ter secũdũ q cõmoditas se offert exire cõtẽdunt. et hoc occulte & cum tãto silẽtio: q vicini eorũ vix possũt eorũ recessũ pcipere ppter causã inferi9 dicẽdã. Quorũ qa op9 totũ cũ cursu pficit: necesse est vt equos suos & psonas pprias cũ certa industria et disciplina sciãt adaptare et disponere ita q etiã si cõtingat eos p vnã totã hebdomadã die/ noctuq; currere/ nichil molestię vel ipsi vel eq eorũ ex impetu illi9 curs9 patiũtur. Vnde tẽpore quo ipsi vacant/ seipsos & equos suos sic gubernãt et nutriũt vt bene ipinguẽtur & fortificẽtur. Cum autẽ intendunt exire/ ante septẽ vel octo dies sibi et equis suis cum vna certa disciplina pot9 & cibi scilicet restrictione & quodã moderato exercitio apponũt diligẽtiã vt corpulẽtia tollat & põd9 corporale vt sic sagina interior i medullis remanẽs eos habiles & aptos ad cursũ reddat. Et anteq̃ exeant diuulgãt se ad viã et locũ ire ad quẽ tamẽ nõ exeunt neq; intendũt. & hoc propter decipiẽdos si fuerint aliqui exploratores. Et non vadũt nisi habeant vnum vel duos fidæles cõductores qui vias et semitas terræ quo ituri sunt optime cognoscant. Et cum tanto impetu et velocitate currunt vt in spacio vnius noctis/ trium vel quattuor dierum vias pertranseant. et hoc ideo vt si aliqui eos senserint/ nullaten9 tamẽ eos pręuenire ad prodendum aduentum eorum possint. De cognoscendis equorum naturis et conditionibus tantam habent industriam

mercatores aliarũ rerũ habent priuilegia a rege: vt possint captiuos quoscũq; & a quocũq; captos emere/ vendere/ impignerare/ redimere secundũ statuta regalia super hoc decreta sine cuiuscũq; impedimento. non enim hoc solũ in ciuitatib9 faciunt: sed etiam vadunt in campũ cum exercitu/ portantes catenas vt emant captiuos de manibus rapientiũ. illi enim qui rapiunt quia gubernare nõ possunt: statim vendũt. & pro maiori vel minori precio secũdũ copiam vel inopiam captiuorũ. nã aliquando in tanta multitudine capiuntur: vt vnus homo (velut ab eis accepi) pro vno pilleo vẽdat. illi igit mercatores eos emũt & gubernãt: mittẽtes eos in catenas/ decẽ vel duodecim in vna colligantes. Non est autem medicus neq; physicus qui valeat eis comparari in cognoscendis complexionibus & conditionibus hominum. cumprimum enim faciem alicuius inspexerint: cuius sit valoris/ artis vel fortunæ cognoscunt. nõ solum autem magnos & prouectæ ætatis: sed etiã paruulos & pueros adhuc in lacte matris/ vel etiam quos solent proijcere illi q rapiunt/ ne sint eis oneri. inuentos portant in saccis & nutriũt cũ multa diligentia & mirabili industria. Præterea in omnib9 ciuitatibus sicut ad cætera mercimonia: sic etiam ad homines emendos & vẽdẽdos/ habetur forũ propriũ & locus ad hoc legitime deputatus. ad hunc locum & forum/ pauperes captiui cũ catenis & funibus ligati: quasi oues ad occisionẽ ducuntur. ibi examinantur/ denudantur. ibi rationalis creatura ad imaginem dei facta: sicut animal irrationale/ vilissimo precio venditur & comparatur. ibi (quod pudor dictu) masculorũ & fœminarum pudenda/ corã omnibus contrectant & manifesto ostẽdũtur. nudi etiã compelluntur corã omnib9 incedere/ currere/ ambulare/ & saltare: vt manifesto appareat vtrũ infirmus vel sanus masculus vel fœmina/ senex an iuuenis/ virgo an corrupta. & si quos viderint erubescere: circa illos magis instant impellendo/ virgis cedendo/ collaphizando. vt sic coacte faciant quod spõte corã omnib9 erubuerũt facere. sed adhuc modicũ dixi. ibi venditur filius inspiciente & dolente matre. ibi emitur mater in confusionẽ & despectũ filij. ibi marito erubescente: vxor vt scortũ deluditur & alteri viro traditur. ibi paruulus a sinu matris rapitur/ & commotis totis visceribus mater ab eo alienatur. ibi non defertur dignitati/ nec parcitur statui. ibi sacerdos & plebeius vna pecunia taxantur. ibi miles & rusticus eadem statera ponderantur. Initiũ autem malorũ hoc: vide qd sequitur. emitur & educitur & vnius vilissimi rustici & turpillimi villani seruitio/ vilissimũ mancipium perpetuis carceribus

condẽnatur nulla amplius spes libertatis/ requiei nullum pror- sus solatiũ/ consolatio nulla. sed & in maioris desolationis op- probrium: totius domus & omniũ quæ in ea sunt onera / suis humeris imponũtur. & si defectus ꝑueneriτ: videbis sicut asinũ subiici verberibus/ & inter verbera Crucis & passionis CHRI- STI impropꝛium sibi irrogari. de intolerabilibus autem la- boribus subticere oportet. de fame/ de siti/ de nuditatis oppro- brio nichil dico: sed hoc solũ adiungere volo/ ꝙ tanta & tam amara est illius seruitutis/ animæ & spirit⁹ afflictio: vt ei mors cõparari nequaq̃ possit. quid deniq; faciet misera anima: cum se consideret ab omni bono impeditam & omni malo exposi- tam/ videt sibi dominari inimicũ CRVCIS CHRISTI. videt se oppressam tantis laboribus & varijs occupationibus. consi- derat se separatam ab ouili CHRISTI/ & traditam in manus & in fauces luporum. videt deniq; se perpetuis inclusam car- ceribus/ & omni libertatis spe frustratam. demũ arbitratur se derelictã esse a deo/ & in man⁹ traditam diaboli. Certe si optio daretur: potius mortẽ eligeret q̃ viuere. O q̃ multi huius calamita tis discrimen non ferentes: in barathrum desperationis ceciderunt/ O q̃ multi plurimis modis se morti exponentes fugerunt & in montibus & siluis / fame & siti perierunt. vel (quod extre ma pernicies est) sibi ipsis manus inijcientes: laqueo sibi vitam extorserunt/ aut seipsos in flumen proijciẽtes/ vitam simul cor- poris & animæ perdiderunt.

¶ De auiditate eorum possidendi seruos & ancillas. & de fuga seruorum & liberatione. Cap. VII

TAnta ẽ apud eos auiditas possidẽdi seruos & ancil- las: vt ĩ tota Turcia vna omniũ vniuersalis habea- tur opinio ꝙ quicũq; potuerit possidere vnũ seruum vel ancillã: egestatẽ amplius nõ sit visurus. nec eos fallit ista opinio. nã pro certo credo ꝙ propter hoc maledictio dei intrat in domũ ei⁹: vt frustrat⁹ oĩ spe fœlicitatis æternę/ ꝓsperitate gaudeat terrena. siquidem ob hoc/ tanta ista instabilitas cor eius occupat: vt cũ vnũ possederint seruũ aut an- cillam vnam/ cõtinuo ad acquisitionem secũdi/ toto cordis de- siderio aspiret. & sic deinceps de secundo ad tertium / de ter- tio ad quartum. itaq; crescente culpa/ in infinitum se extendit concupiscentia. ita ꝙ multi inueniantur qui villas de seruis & ancillis cõstituunt. & seruum cum ancilla coniugio iungentes domos efficiunt/ quatenus ex eis nascẽtibus filijs & filiab⁹/ suo insatiabili desiderio quomodolibet satisfaciat. in vniuersa enĩ

Turcia/vix inuenitur domus quæ saltem vno aut seruo aut ancilla careat. vnde fit vt quantumcunq; in numero & in copia multiplicentur: nunq̃ tamen valor vel precium decrescit/ immo potius augetur. exinde etiam et raptorum & mercatorum exercitatur solertia: dũ conspiciunt suorum mercimoniorum precium & valorem ex copia non minui sed potius augeri. & vt dominorum magna est auiditas seruos possidendi: ita ex aduerso ingens est seruis desiderium manus eorum euadendi. nam nichil aliud inter se tractant/ non aliud cogitant et loquũtur: nisi quomodo & quo fugiant et euadere possint. verum cum eorum domini talia ex assidua ac mutua collocutione perpendunt: statim incipiunt eis negare copiam alimentorum/ ne ex eiusmodi abundantia/ cibum præparare possint ad fugã. fugiunt igitur multis modis: nichil tamen proficiũt/ cum vix aliquis fuga euadere queat/ maxime de iis qui vltra mare ducuntur. inuenerunt enim ipsi Turci multos et varios modos eos impediendi requirendi & inueniẽdi. cum igitur post fugam inuenti fuerint et reducti: duplicatur eis miseria. et si secundo fugerint & fuerint inuenti: iam non est locus veniæ/ sed sine aliqua misericordia verberantur/ cruciãtur et affliguntur. si autem fugiendo perseuerauerint: venduntur vel etiam variis necessitatibus a fuga coercentur. nam alij eos cibo et potu negato et vestimẽtis/ permittunt mori. alij massam ferri in pedibus apponunt. alij/ colla catenis constringunt. alij/ abscissis auribus et naso: inutiles et deformes reddunt et notabiles. alij etiam crudeliter gladiis occidunt et interimunt. at huic incõmodo quoddã remedium inuentum est/ quod tamen non omnes sed sapientiores solum et mitiores eorum obseruant. vt enim eos a fuga cõpescere et stabiles reddere possint: inducunt ad accipiendũ pactum libertatis. quod cum facere contenti fuerint: ducunt eos ad iudicẽ ordinariũ loci illius & conueniunt cũ eis in certo termino temporis et quantitate pecuniæ/ et firmato super hoc pacto coram iudice et testibus/ et chirographo confecto/ reddunt eos securos de libertate habenda. cum igitur id quod in pacto est persoluerint: iudex eos authoritate imperiali/ perpetua donat libertate cũ instrumẽto solẽni/ qđ nemini vnq̃ infringere liceat. Per istum itaq; modũ & ego liberatus extiti. hæc autem libertas præteritis temporibus fuerat vniuersalis et larga vt ad libitũ potuissent ĩ Turcia manere aut reuerti ĩ patriã. istis aũt tẽporibus restricta atq; exasperata est: vt libertate donatis non liceat repetere patriã sed solum manere in Turcia. quare post habitã libertatẽ/ magna difficultas est posse exire: eo qđ in

omnibus locis siue in portib9 maris siue alibi/ interdictū habe-
tur a rege vt nequaq̄ donati libertate permittātur in patriā re-
uerti. Sunt & alij cōplures modi euadendi: inter quos sunt duo
magis vsitati. Quorū primus est ꝙ illi qui habent cōmoditatē
acquirēdi pecuniā: possunt a sacerdotibus peregrinis et vagā-
tibus huiusmodi litteras emere et sic occulte recedere. Secūdū
est: quia sunt quidā fures sub specie mercatorū illorū qui ven-
dunt homines euntes de terra in terram: qui cū inueniunt ser-
uos vel ancillas fugere volentes/ recipiunt eos furtim & vēdūt
ad loca remotiora. et si quos inuenerint magis aptos faciūt cū
eis pactum. et postq̄ ter aut quater isto modo vendiderint: libe-
ros cū litteris pmittūt abire. de illis autē q̄ liberant: paucissimi
in patriā reuertūtur. aut quia iā illic familiaritatē cōtraxerunt/
aut etiam propter difficultatē recedendi/ vt ante narrauimus.

¶ De ijs qui nō inuiti nec coacti sed sponte huic periculo se of-
ferunt vel ingerunt. Cap. VIII.

Sed et si de ijs qui quotidie iuiti/ deuicti et coacti ad-
ducuntur/ secta illa fulcimentū et augmentū recipi-
at: culpā tamen eorū excedit in immēsum facin9 il-
lorum qui tanq̄ arida ligna huic insatiabili incendio
sine contradictione seipsos exponere non desistunt. Sed illi dū
sponte se indies in tāta multitudine ad negandam fidem inge
runt: nō solum sibi sed etiā ceteris incitamentum ruinæ fiunt.
De quorū genere/ ad plagā aquilonis quattuor vel quinq; ma-
gna regna sita sunt. quorū terras licet Turcus ipsis deuictis/ lō
go ante tempore possiderit/ tamē eos propter amplitudinē et la
titudinē nequaq̄ cum Turcis adhuc implere potuit. quorū sūt
nomina: Bosna/ Armant/ Sclauonia/ Albania. Vnde vsq; hodie
gentes ille terram suam sub dominio ipsius Turci inhabitant.
sed propter tributa annalia & onera grauia/ & multas icōmo-
ditates quas patiuntur ita depauperati sunt vt vix se nutrire
possint. Vnde fit vt egestate cōpulsi annuatim tempore laboris
veniant & per ciuitates Turcorum dispergantur: vt inopiæ sue
more mercenariorum aliquatenus valeāt cum sudore laboris
subleuamen inuenire. Et hi si intemperies aeris non obstiterit:
in tanta veniunt multitudine/ vt pro solo victu laborare contē
ti sint. & illis facile persuadetur ꝙ nō recedāt: ꝙ illius idioma-
tis & generationis tāta ibi increuerit multitudo/ et maxime in
ciuitate regia q̄ Edrenopolis dicitur/ vt fere omnes masculi &
fœminę parui & magni hoc idioma loqui didicerint. Nā in cu-
ria ipsius regis vix aliquādo idioma Turcorū auditur: eo ꝙ to
ta curia et maior pars magnatorū ex renegatis illius idiomatis

congregata existat. Præterea Turcus magnus ex omni præda et rapina decimas suas habet, et cum senserit copiam esse captiuorũ: præcipit vt omnes iuuenes a viginti annis et infra pro parte decima que ad eũ spectat sibi offerantur. Sed & p omnem terrã sui dominij adhuc multi sunt æ græcis antiquis et alijs nationibus qui castella et opida plurima inhabitant/ et ab omnibus statutis & onerib9 aliorũ dominorum liberi et exempti ipsius rægis seruitijs intendunt et ad eius curiam pertinent. horum filios a viginti annis et inferioris etatis: missis nuncijs de quinquennio in quinquennium sibi adducere prēcipit & iubet/ vt distributi p curias magnatũ suorũ in morib9 & virib9 et in armis erudiãtur et exerceãtur. Qui dũ circa vigĩti annos vel ampli9 etatis perueniũt: reductos ad curiã suã in stipẽdiũ suũ eos recipit et ibi famulari facit. Tales eorũ lingua gigischeri vocãtur/ et habentur aliquãdo in curia rēgis triginta vel quadraginta milia et portãt quēdã insignia in vestimẽtis & maxime in capite. Portãt enim pilleos vel mitras albas quib9 nemo audet vti nisi sit de curia rægis: & ex illis habẽtur ælecti sagittarij quinq3 vel sex milia q arcu ad sinistrã trahũt & vocãtur czolaclar idest sinistrarij. isti habent arc9 tãtē fortitudinis vt sagittæ eorũ omne scutum & loricã penetrent. & immediate incēdũt ante rēgẽ. Et dũ rex procēdit ad cãpum: his omnib9 quasi castro quodam vtitur. cũ enim se mouet ad pugnã etsi omnẽ exercitũ suũ frangi cõtingat/ nichilomin9 ipse cũ exercitu suo victoriã nõ amittit. Sicut audiuim9 factũ in illo magno trium diērũ & noctium cõflictu quẽ habuit cũ ræge Poloniæ: vbi licet cõis suus exercitus totaliter dispersus fuisset et victus: tamen ipse finaliter cum suo exercitu victoriã obtinuit. De istis iã dictis seruis suis secũdum virtutẽ expertã in eis promouẽtur ad beneficia regni sui. Vnde fit vt omnes sui magnates et principes totius regni quasi quidã officiales et nõ domini vel possessores sint a rēge constituti: et p consequens ipse solus dominus et possessor et legitimus dispẽsator et distributor et gubernator sit toti9 regni. cēteri vēro executores/ officiales et amministratores scdm volũtatẽ eius et imperiũ. habet autem inter alios dominos duos maiores qui omnibus alijs prēsunt: vnũ citra mare & aliũ vltra mare. q secũdum suũ imperium et voluntatem habẽt omnia negocia regni expedire: qui vocantur beglerbegi quasi domini dominorũ. Et exinde prouenit q in regno suo quis sit innumerabilis multitudo/ non potest oriri aliquid contradictionis vel repugnantiæ: sed quasi vir vnus in omnibus & per omnia vniti ad vnicũ ei9 imperiũ respiciunt/ subiiciuntur et indefesse famulantur/ et sine eius authoritate nemo aliquid audet præsumere. Si autem ali-

quis siue magnum siue paruum attentauerit:eo facto priuatus omni beneficio et reuocat⁹ad curiam priori seruituti subijcit/ si nō fuerit maior pœna infligenda.Sin autem: ad libitum eum occidit/ carceri deputat/ vendit et in seruitutem redigit sine alicuius cōditionis respectu vel personæ.Nunc vero ex hoc vnusquisq; cognoscere poterit q̄ illorum reproborū et iniquorū cōcordia nō ex aliquo commodo accidentali vel exteriori procędit/ cum sint illius crudęlissimi tyranni seruitio et regimini taliter et cum tanto timore mancipati:sed ex quodam essentiali et interiori fundamēto et causa/ quę est desperatio de bono & obstinatio in malo/ ad quā suis culpis exigentib⁹ dęuęnęrunt quasi inebriati & quodam instinctu diabolico constricti et adunati a furore iusti iudicis/ cuius calicē indignationis bibærunt vt in finem maliciæ et totius peruersitatis possint sine intermissione & impedimento currere: & locum suo domino diabolo & Antichristo præparare.qui cum eorum malę intentionis mensuram implęuerit et omnium reproborū & iniquorū in se personam recipiens maliciam qua dei Ecclæsiam impugnauęrūt ad plænū perfecerit/ ita vt se ab omnib⁹ pro deo adorari faciat: tūc interficiet eum dominus IESVS spiritu oris sui. vt ipse cum suis mēbris seuęritatem sentiat punientis:qui patientiam dei contempsęrunt tam diu ad pœnitentiam expectantis.

¶ De motiuis persuadentibus istam sectam & præferentib⁹ fidei Christianæ et de multiplici genere eorum. Cap.VIII

Otiua autē sectā et hunc errorē persuadētia sunt i duplici specie scilicet naturalia & supernaturalia.Naturalia iterū duplicia:scilicet vniuersalia & particularia.Vniuersalia sunt duplicia:alia cōiecturę/ alia experiētię.Cōiecturæ sūt q̄ cōtingunt a remotis & solū ex auditu. Experientiæ vęro q̄ visu et sensū percipiunt̄.De motiuis cōiecturę dicit abbas Ioachim sup illud apocalypsis tertio decimo. Et vniuersa terra ammirata est post bestiā.licet i die suo sit cōplēdū/ iam tamē nō desūt plurimi q ammirent̄ & quasi titubare incipiant dicētes.Quid esse creditur hoc indiciū q̄ tāta multitudo aduersatur fidei & q̄ ita præualęre p̄mittitur contra populū Christianum? putas q̄ tot milia hominū damnāda sūt quasi vnus homo? putas sine causa permittit de⁹ illos in tātam excrescere infinitatē? hoc dicētes miseri ceciderūt a fide nesciētes id q̄d scriptum est. Q̄ magnificata sunt opera tua domine: nimis p̄fūdę factę sunt cogitationes tuæ.vir insipiēs nō cognoscet & stult⁹ nō intelliget hęc.Cū exorti fuerit peccatores vt fœnū et apparuerint oēs qui operant̄ iniquitatē:vt intereant i sæculum sæculi/ tu autē altissim⁹ domine.hec vero nesciūt stulti q

ammirant post bestiã & deserũt fidem Christi inclinãtes se bestiali potestati & trãseũtes ad imũdiciã eius & ipsius se pfidiæ heredes faciũt. hęc ille. Hic abbas Ioachĩ ponit quattuor motiua cõiecturę. Primo enĩ sic audientes potentiã ipsius Turci & victorias ei9 cõtra Christianos & mala multa q̃ facit quotidie ammirant & dicũt: quomodo tãta multitudo contraria ẽ fidei? quasi dicerent. cũ ipsa veritas semp pręualeat errori & magis est amata & desiderata ab omnibus/ non est possibile ꝙ tam multi eam impugnent. ergo vbi multitudo: ibi veritas. Secundo sic: quomodo possent pręualere vęritati/ cum deus semper sit adiutor vęritatis vel ipsam tenentibus? ergo qui pręualent tenent vęritatem. Tertio sic. quomodo possibile est ꝙ possent sic multiplicari & crescere cum omnis error sit sine fundamento & sic non potest multiplicari. ergo & cetera. Quarto sic. quomodo deus permittit ꝙ tanta multitudo transeat ad perditionem: cum ipse vult omnes homines saluos fieri? ergo & cetera. Istis motiuis vel conceptibus respondet ipse abbas Ioachim per dicta psalmistę dicentis. Q̃ magnificata sunt opera tua & reliq̃. quasi diceret. cum ipsa natura pro modico grano conseruando & nutriendo in immensum faciat multiplicare paleam & stipulam & tamen in hoc non errat: quid mirum si deus propter salutem paucorum iustorum/ multos reprobos patitur & supportat? Sed hoc non considerant insipientes: qui pro suis phãtasijs & cogitationibus volũt iudicare de diuinis operibus incomprehensibilibus. ¶ Motiua experiẽtię sunt duplicia: scilicet vniuersalia & particularia. de vniuersalibus motiuę experientię notandũ est ꝙ tentationes quę fiunt per experientiam visus/ se vehementius ingerũt q̃ illę quę per auditũ/ coniecturam percipiuntur/ de quibus iam bręuiter dictum est. de his autem quæ per visum & experientiam fiunt nunc diligentius est insistendum. Vnde pro fundamento ipsius materię hic aduertendum est: ꝙ in moribus exterioribus ęqualiter se habent boni & mali/ licet inęquali intentione. quia sicut bonis omnia cooperantur in bonum: ita econuerso omnia malis in malum. Vnde si boni bonis polleant moribus: ad exemplũ virtutis facit. si autem prauis: ad custodiam virtutis interioris vel humilitatis facit. Reprobi autem bonis moribus ad decipiendum: malis autem ad corrumpendum animos fidelium vtuntur. Vnde de primo dicitur. Molliti sunt sermones eius super oleum/ & ipsi sunt iacula. De secundo autem. Corrumpunt bonos mores colloquia parua. Quis enim non dico simplex tantum vęrum etiam sapiens quisq̧ non moue-

rętur in prima fronte: videndo tantā cōpositionē morū in fidę- libus: omnē eni leuitatū in quibuscūq; actibus eorū & gestib9 vestitu & apparatu detestātur sicut ignē & abominātur vt pestē. Videntes eni leuitatē Christianorū in vestitu & equitatu & aliis quibuscūq;: derident: & eos C apras & Simias vocant. honestissimū eni modū imo religiosissimū habent in vestitu tam mares q̄ fœminæ: tā maiores q̄ minores: tā curiales q̄ etiā ipsi rustici & villani: & ita cōmunē & simplicē vt omnino nichil indecētię vel inhonestatis seu supfluitatis: vel curiositatis vel leuitatis possit in eis deprehendi vel notari. De ijs autē religiosiores & deuotiores habent. quid dicā: tātū eni simplicitatis & cōformitatis & singularis apparētiæ & singularitatis atq; exemplaritatis ostēdūt in actib9: gestib9: & motib9: & vestimētis: vt eos aliquē modū regularis obseruātię crederes pfessos. In equitatu etiā & aliis apparatib9 nō solū simplices: sed etiā magnates intātū deuitāt oēm strepitum & rumorē vt nullomodo aliquis eqtet equū qui nō sit castratus. In vno eni exercitu cētum miliū equorū nō audiret vn9 minim9 rumor vel strepit9 alicui9 eq. In sellis & i frenis nulla prorsus curiositas: nulla vanitas vel supfluitas habet. In oi apparatu equorū: simplicissimū tenēt modū Null9 armat9 incędit dū ad cāpū pcędūt: sed omnia arma eorū i sarcinis deferūtur Camelorū & mulorū: nullus discurrit nullus cū equo saltat vel tempestat vt mos est Christianorum. ipsi eni magnates & principes ita simpliciter se habent i omnibus: vt ab aliis discerni non possint. Vidi ręgē euntē ad ecclęsiā p longū spaciū a palacio suo cū duobus iuuenibus. & hoc vidi etiā ad balneū eūdo faciētē. nec reuertentē de ecclęsia ad palaciū: aliquis ausus fuit comitari: nec in platea cuipiā licębat illi occurrere: neq; clamare (vti solent) viuat rex: aut huiusmodi. vidi itē eū in ecclęsia orātem nō in cathedra vel solio ręgali: sed super terram substrato tapeto: ad modum cæterorū sedentem: nec circa eū aliquod ornamētū extēsū vel ostensum. nichil omnino singularitatis in vestimētis vel in equo vtitur: quo possit ab aliis discerni. vidi eum in exequiis matris: nec possibile fuisset me eum cognoscere potuisse: nisi michi ostensus fuisset. habet strictissime interdictū ne aliquis cū comitetur aut ei in via occurrat sine sua licētia speciali. Omitto multa quæ de eo audiui quomodo sit affabilis i collocutione: matur9 & benign9 in iudicio: largus in elemosynis. & in aliis actib9 suis beniuolus. vnde fratres in Pera dixerūt eū intrasse ecclęsiā eorū: & sedisse in choro ad vidēdū cerimonias & modum officij. quare & ipsi missam corā eo: ad eius quidē petitionē celębrauerūt: & hostiā

non consecratā in eleuatione monstrauerūt volentes eius curiositati satisfacere/ nec tamen margaritas porcis prodere. Qui etiā dum cū eis de lege & ritu Christianorū colloquiū habuisset & audisset quia episcopi preessent ecclesijs: voluit vt ad cōsolationem Christianorū aliquē episcopū adducerent cui ad oīa suo statui necessaria ꝓmisit se fauorē & auxiliū sine defectu prestiturum. Quis autē audiens a lōge victorias/ bella & exercitꝰ multitudinem/ gloriam & magnificentiam: talem posset in eo simplicitatem suspicari vel auditam non ammirari?

¶ De motiuis experientiæ & particularibus. Cap. X.

Motiua particularia sunt duplicia: scilicet extriseca & intriseca. Extriseca sūt ea q̄ pertinēt iprimis ad mūdiciā. Tantā enī in oib9 exteriorib9 ostendūt se diligere mūdiciā: vt quasi oia quib9 vtūt suspecta habeant ab eis de imudicia. nā in domib9 eorū vbi ipsi comedūt nō ꝑmittūt vt habeant pulli vel ꝙ intrēt canes. Et si casu canis vel pull9 tāgeret scutellā vel ollā: ex ea ampli9 nullatenus comederēt. Quādo volūt comedere pullū: prius eū sex vel septem dieb9 faciūt ligatū teneri & purū granū ad comedēdū ei tribui. Si quod cūq; aial moreretur cui nō fuisset icisa gula cū gladio vel ferro & effusus sāguis totaliter: nullo modo ad comedēdū de carnib9 ei9 cōtingerēt. De mūdicia autē corporali tanta est cura maxime illis qui frequētāt orationē: ꝙ i vestimentis & in corpore minimā maculā nō sustinerēt. De lotionibus autē que orationē ꝑcedere debent infra dicet cap. xiij. Ea etiam de causa nec vinū bibūt nec carnes porcinas comedūt: quia vt ipsi dicūt/ hominē imūdū reddūt. Nullo modo etiā post quācūq; pollutionē naturalē/ aliquē secū permittūt loqui/ vel se permittūt ab aliquo quātū possibile est videri nisi prius totaliter corpore in aqua merlus vel aqua perfus9 vnde propter hoc in ciuitatibus cōtinuis vtūtur balneis. Vbi aūt nō habētur balnea aliquē secretū locū ad hoc preparatū habēt in domib9 suis vt statim possint aqua perfundi anteq̄ domū exeāt. nā pollutū quemq; tichumux vocāt: quod notat imūdiciā. quod multum execrabilis habet apud eos. ¶ Motiua intrinseca sūt q̄ ad appetitū & desideriū pertinēt. Vnde primo occurrit magna simplicitas eorum quā habēt in edificijs suis. Nullam eni omnino delectationē habēt in construendis edificijs seu edificādis domibus. Et licet sint ditissimi in auro & argēto & in pecunijs: tamen omnem superfluitatē & curiositatē ita detestantur/ vt paupertatem crederes eos esse professos. Raro est domus aliqua in ciuitatibus de lapidib9 nisi magnorū dominorum & Ecclesiarū

et balneorũ: sed sũt cõmuniter de lignis & terra cõstructę. miro etiam modo scandalizãtur de Christianis propter ædificiorum superfluitatẽ ij qui ea vidęrunt. cũ autẽ narratur ijs qui non vi- dęrunt: detestantur dicentes/ putant se illi pessimi semper vi- uere posse/ de niq; ipsi magni domini quando non fit couoca- tio ad campum in æstate exeunt ad loca amęna & de domibus non curantes habitant in papilionib9/ & insistũt cõtinuis ve- nationibus & solatijs. Præterea est quædã generatio inter eos nõ nisi ad nutrienda & custodienda pecora operã dans: tenẽs modũ antiquorũ patrũ. & illi sunt innumerabilis multitudinis ita vt dispersi p totam Turciã vix sufficiat eos capere terra præ multitudine pecorũ & bestiarũ. nõ eni curãt de domib9 vel ędi ficijs: sed circũeuntes terrã secundũ cõmoditatẽ quã exigunt ipsa pascua & aliæ vtilitates pecorũ. In hieme eni ad loca iteri ora & calida descẽdũt: i æstate vęro ad superiora ascẽdũt loca. Ipsi sunt ditissimi & potentissimi adeo vt eorũ vnus cũ familia sua & diuitijs: vnũ exercitũ armare & expedire possit: & tamẽ habitant in tentorijs & tugurijs: dęmonstrantes se nõ esse ico las huius mundi sed peregrinos. & hoc agũt ex quodã instin- ctu naturali quod Christiani propter CHRISTVM & fidem ei9 facere debęrent ex voto. Nũc secundo occurrit simplicitas quam habent in hoc q̧ picturas seu sculpturas omnium ima- ginum sic abhorrent & detestantur: vt Christianos qui pluri- mum oblectãtur/ idololatras & cultores dęmonum vocẽt & in vęritate esse crędant. Vnde dũ essem in Chio & ambasiatorib9 Turcorũ pro recipiendo tributo illuc venientib9: ĩtroductis in Ecclęsiam nostram volebã psuadęre de imaginibus. at illi næ- quaq̃ acquiescentes: omnibus rationibus refutatis/ hoc solum affirmabãt perseuęrãtes in obstinatione sua/ vos idola colitis. ludentes etiã pro pecunia quocũq; modo aut ludendi genere adeo persequũtur: vt inuentos multis ignominijs afficiant atq; puniant. de illa autẽ superstitione maxima Christianorũ p̄ser- tim in partibus Italiæ de pingendis & sculpendis armis suis/ & scribendis nominibus ac signis proprijs: tantũ generatio Tur corũ est alięna vt nec vestigiũ quidẽ inter eos de hoc valeat re- periri. neq; vtuntur sigillis in litteris siue regalibus siue cuiuſ- cũq; alterius/ neq; aliquo alio signo quantũcũq; exiguo. vęrũ audito solo nomine mittentis litteras: fidem cõtinuo faciunt/ inspectoq; stilo scribentis facile cręduut. Huiusmodi igit̃ omia aut similia quæ notã supfluitatis aut supstitionis habęre viden tur: ipsi vana/ inutilia & nõ necessaria putãtes abhorrẽt. & hęc insup est causa q̧ vsum cãpanarũ nequaq̃ admittunt, neq; per-

mittunt Christianis inter eos cōmorantib⁹ earū vsum. De simplicitate autē quā habent sedēdo quid dicam/ nō eni solū rustici et plebei homines/ sed et omnes principes/ magnates vel cuiuscūq; dignitatis vel cōditionis existant/ ipse quoq; imperator eorū/ siue ad comedēdū siue in quacūq; actione: nō requirit scānū vel sedilia aut quodcūq; fulcimentū ad sedendū. sed modo puerorū honestissimo tamen/ et quadā decētissima cōpositione recūbit super terrā: deferēs ipsi naturę omnib⁹ æqualiter disponenti. Mensa eorū vt plurimū est facta de corio cōmuni attoso/ vel etiā de corio ceruino non attonso/ rotunditatem præferens quattuor vel quinq; palmarum latitudinis/ habens circulos per circuitum ferreos: quibus introducta corrigia per modū bursæ clauditur & aperitur. et portatur. null⁹ intrat domū vel ecclæsiam vel aliū locū in quo intēdit sedære: nisi discalceatus. vnde apud eos inhonestum habetur vt calceatus sedeat aliquis. & vt hoc competēti⁹ fiat: vtuntur quodam genere planellarū quod lingua eorum bathmag dicitur pręsertim fœminæ/ quod deponi facile potest & iterum recipi. & cōmuniter in domibus siue ecclæsijs/ locus vbi sedetur: strat⁹ habetur tapetis laneis vel scirpeis et iuncinis. sed et vbi necessitas exigit: habentur tabulata eleuata a terra propter humiditatē aut immundiciam locorū. Est et aliud quod silentio nō prætereo/ quanq̄ non absq; verecundia dicam: q̄ honeste se habeant extra domum vel in conspectu populi/ vt cōtingere solet in cāpo ad secreta naturæ peragenda. vnde ipsi vtuntur vestimentis & fœmoralibus multum largis et longis in anteriori parte apertis. Et sic etiā in medio exercitus: curuatis ad terrā & reiectis ab int⁹ retrorsum vestimētis prius detractis interius fœmoralibus/ sine aliqua nudatione corporis peragit opus naturæ/ ita vt vix possit deprębendi vel suspicari quid faciat. hoc etiam apud eos multū cauetur ne ad faciēdum huiusmodi opus facietenus quis se ad meridiē vertat: quo ipsi se vertere solent orantes. Insuper si quis stando et erectus modo Christianorum vrinaret vel mingeret: pro hæretico vel excommunicato ab omnibus iudicaretur.

¶ De ijs motiuis quæ alios attrahunt. et etiam eos in suo errore multum confirmant. Cap. XI.

Sunt & aliq̄ motiua alia q̄ nō mō alios alliciūt: sed ipsos in suo errore nō mediocriter cōfortāt ac detinēt/ & sūt quattuor. Primū quidē feruor maxim⁹ quē habēt ad illi⁹ sectę dęfensionē & ꝓpugnationē. Vnde qn̄ fit cōmotio ad cōgregandū exercitū: i tāta ꝓmptitudie et celeritate cōcurrit/ vt crederes non ad bellū sed ad nuptias iuitatos conuenire imo vix possunt expectare donec veniat tempus egrediēdi: quin et ipsi præue-

uiunt. Sed et si quandoq; contigerit eos a bello vacare: magno afficiunt tedio. et non solum illi qui scripti sunt sed quasi plures illis notu proprio ad hoc currũt et festinant. Et propterea non multum laborat Turcus ad cõgregandũ exercitum suũ: sed solum missis nuncijs ad pręsidentes designat diẽ & tempus. & illi immediate faciunt pręconizare in ciuitatibus et opidis: & sic in spacio vni⁹ mensis cõueniunt in ordine secũdum q̃ scripti sunt pedestres seorsum ab equestribus/ vnusquisq; cũ suo pręsidente eodem ordine quo et in cãpo solẽt castra ponere & ad pugnam procedere. Nec etiam vtũtur vexillis: sed ipsi campi ductores p̃ signo habent lanceam altã in summitate habẽtẽ dependẽtes pilos alicui⁹ coloris: p̃ q̃d omẽs ad eũ pertinẽtes possunt eum cognoscere. Et vnusquisq; eorũ vtitur vno timpano magno cum fistula ad cõuocãdũ suos/ et ad concitandũ & prouocãdũ quãdo necesse est ad pugnã. & illi vocantur Zumbasthi. Et vnicuiq; eorũ subijciũtur cẽturiones plus vel min⁹ secũdũ q̃ requirit exercitus. & sunt ad min⁹ quattuor/ ad mai⁹ autẽ decẽ: et isti vocanť Tscheribaschi/ quorum vnusquisq; pręest centũ equestrib⁹ q̃ vocãtur Czingheri. Iste etiam ordo in pedestrib⁹ obseruať. Cũ igiť reuertunť de pugna: vnusq̃sq; siue magn⁹ siue paruus p̃sentat registrario qui est vn⁹ de magnatibus: vt si aliquis defuerit: loco eius alius scribi possit. Si autẽ Turc⁹ viderit contra se grauari bellũ: et stati missis nũciis per totũ regnũ/ quartũ vel quitũ cum expensis remanentium cogit exire. et iste exercit⁹ vocatur Escherihor. et per istũ modum/ infinitum potest congregare exercitum. Et ista omnia cum tãto feruore prosequũtur et faciũt: vt vnus pro alio se offerat/ et ille qui remanet/ iniuriam sibi fieri credat. Insup dicunt se fœlices fore si nõ i domo inter lachrimas et sputa muliercularũ/ sed in campo inter hastas et sagittas hostium possint mori. Et de eis qui sic moriuntur non solum non dolent: sed eos sanctos et victores prædicant et extollunt.

¶ Secundum est victoria eorũ continua cõtra Christianos q̃d aliquos multum mouet vt dictum est octauo cap. sed minus sapienter/ vt infra de interpretatione motiuorũ patebit. hoc etiã ipsos multum confortat et confirmat in ipsa secta: vnde victores se nominant et gloriantur quasi victores toti⁹ mundi. Orãt etiam pro victoribus specialiter in omnibus cõgregationib⁹ suis/ pręsertim in cõtinuis post comestionẽ gratiarum actionibus. Superbiunt insuper & Christianos fęminas despiciendo nominant & se viros eorũ. Et vt ad hoc magis ac magis incitentur: antecessorũ victorias describũt decantant/ laudant ac pręconizant. ¶ Tertiũ est eorũ maxima & cõtinua augmẽtatio: non solum ab ijs qui vincti & victi adducũtur vel qui se sponte offerũt

vt dictum est supra in cap. septimo: sed etiam de iis qui iter eos continue generantur Vnde vnusquisqꝫ eorum secundum legem potest habere duodecim lægitimas vxores: ancillas autē quot et quantum sibi placet sine numero et cōputatione. Et secundū eandem lægem omnes filios et filias ancillarū habent æqualiter per omnia hęredes cū vxorum filiis. Vnde mercatores eorū aut etiā alij domini potentes et diuites: in qualibet ciuitate vbi habent practicare/ habēt vnam domū et vxorem/ filios et filias. Et per istum modū aliqui vsqꝫ ad duodecim numerū perducūt numerum vxorū. Pauci tamen inueniūtur qui duas vxores in vna domo teneant propter iurgium et inquietudinem earum. habent etiam secūdū eandem legem libertatē recipiēdi/ dimittendi/ tenēdi et non tenēdi vxorē quando sibi placet sine aliquo respectu. Vnde ligamen matrimonij (quod ipsi Kebin vocant) in potestate dicunt esse ipsius viri et nō vxoris: & licet possit soluere ad libitum: non potest tamen ligare nisi authoritate ipsius sacerdotis. Quantū est multitudo ad eos conuertentium nō solum simplicium: sed etiam sapientū/ & de omni genere et cōditione & dignitate hominū. Vnde religiosis et sacerdotib9 Christianorū ad eos conuertētib9/ meliorē promissionem faciunt: vt sint exēplum conuersionis aliorū. Vnde vidi quendam fratrem ordinis minorum qui magnam prouisionem de camera rægis habebat: eo ꝙ Christum negauerat. Audiui etiā de vno fratre prædicatorum renegato/ qui dū cōtra Christianos in quodā nauigio cum Turcis trāsisset: instāte fortuna maris ceteris ereptis nauigiis ipse mercedem suę ꝑfidię sub merso nauigio solo ī quo ipse erat æternæ ꝑditionis nō immerito suscipere meruit. Turci neminē omnino cogūt fidē suā negare/ nec multū instant supꝰ hoc alicui ꝑsuadēdo: nec magnā estimationē faciūt de iis ꝗ negant. Vnde vidi quendā/ qui in curia cuiusdā magni domini in pueritia litteris deditus/ tandē optim9 sacerdos fuit & pleban9 habēs vxorē et filios: mortuo domīo sine expressione libertatis ab emulis venditioni cū filiis suis expositum nec dimissum nisi se ad placitum heredum domini sui liberandum commisisset.

De honestate fœminarum ipsorū Turcorū. Cap. XII

Hoc aūt qđ nunc dicere volo si quis credere noluerit: in dictamine rectę rationis seipsum interroget/ ac sic ipse michi testis erit ꝙ id a veritate nullaten9 poterit esse alienū. Si enī ī rectę rationis iudicio a capite ꝓcedit quicqd in corpore actū fuerit: quomodo nō dicat̃ ꝓcedere a virorū impudicitia vel lasciuia qcquid in morib9 vxorū inhonestū vel indecēs recipitur? cū teste scriptura vir mulieris caput

esse comprobetur. Certe michi magna admiratio oritur/quando honestatē quā vidi in fœmineo sexu inter Turcos cōsidero: et impudicissimos/improbos et dānatos mores fœminarū inter Christianos cōspicio. Sed quia hoc quod ibi vidi: vniuersaliter in omni loco Turcię veritatem habet/vt penitꝰ aliud fieri non viderim in omnibꝰ ciuitatibus seu locis quæ plustraui. hoc aūt qđ inter Christianos video/non ita cōmune & vniuersale est vt vniuersali indigeat reprehensione: sed solū quorūdā non virorum certe sed effœminatorū hominū qui ita i carnalitate submersam habēt rationē vt nequaq̄ discernere queāt quid cōmuni proximorū saluti expediat. sed solummodo ad hoc intendūt vt suis impudicissimis cordibꝰ et oculis in cultu meritricio vxorum suarum satisfaciant. Nec propter hoc excusabiles sunt vxores quia viris suis hoc sciunt placere: nec viris cogūtur obedire in hoc qđ obest saluti. Sed quia sicut cōmune habet prouerbiū: omnis mulier fornicatrix virorū proculdubio culpa/earū culpā excedit dū earū effrenatā impudicitiā freno discretionis nō dirigunt. O execrāda immo diabolica impudicitia/ quæ quia non potest singulorū mēbris se supponere polluēdā: contēdit tamen se singulorū oculis et affectibꝰ ingerere ꝓstituēdā. Certe multo fœliciores prostitutę in lupanaribus latētes/istis impudicissimis fœminis ad perdēdas aīas totā ciuitatē circūeūtibꝰ. Sed O mulierū oīm infœlicissimū genꝰ: credis te tenere iura matrimonij: quæ quoties adulteriū cōmittis/quoties pecꝰ et collum tuū nudatum/oculos nutātes/faciē placidā/ ceruicē erectam/ capillos defluētes: oculis impudicis obiecisti? Sed tu o vir huiꝰ ipudicissime vxoris nō tuę solū sed omniū/o prostibulū sathanę q talē foues et nutris laqueū diaboli: nō existimas te redditurū rationē de tot malis? dicēte scriptura/qui viderit mulierē ad cōcupiscēdam eā: iā mœchatꝰ est eā in corde suo. Sed nūc ad id redeamꝰ de quo ē intētio nostri sermonis. Certe viros nō immerito dixerim ipsos Turcos: q dū quilibet eorū duodeci vxores habere sibi licære dicit/i nullā specialiter earū amorē suum se inordinate trāsfūdere ostēdit. omnibꝰ eni ęqualiter ad cōcipiēdę & nutriēdæ prolis necessitatē vtitur. Et dū vnū virū duodecim fœminis ꝓferri docet: illiꝰ infœlicissimi sexꝰ vilitatē & creatoris sentētiā qua mulieri dixit sub viri potestate eris/cōfirmat. Eosq̄ q fœminas sibi dominari patiūtur ꝓpter libidinis ardorē: nō viros/ sed ruffianos pessimos: ipsiusq̄ diaboli adiutores ad perdēdas animas/non imerito esse cēsendos. Pro magna eni īfamia reputat̄ viro apud eos si vxor eiꝰ in cōspectu virorū siue i domo propria siue extranea discooperta facie apparære videret̄. Fœminę eo-

rũ ſimpliciſſimo mòdo vtuntur i veſtitu ſine nota alicuius curi oſitatis vel ſupfluitatis. In capite vtũtur mitris ſuppoſitis velis ita vt iuoluta diligenter & decẽter mitra / extremitas veli de= pẽdẽs remãeat ad dexterã faciei. quã ſi domũ exire vel i domo corã viirs apparęre cõtingat: ſtati circũducere & totã faciẽ ex= ceptis ſolis oculis vęlare poſſit. ſed hoc de omnib⁹ etiã villanis & ſimpliciorib⁹ dico. In ciuitatibus vęro magnũ nephas puta= rẽt: ſi vxor alicui⁹ notabilis viri extra domũ niſi tota facie cum ſubtili ſerico ita velata vt ipſa alios vidęre / a nemine aũt facies eius vidęri poſſit / exire cõperta poſſet / Nũq̃ audet fœmina vbi eſt cõgregatio virorũ cõparęre: & fœminã forũ adire / vendere vel emere apud eos omnino illicitũ eſt. In Eccleſia eorũ maio ri / locũ lõge a viris habẽt ſeparatũ & ita ſecretũ: vt nemo poſſit ĩtroſpicere vel aliquo modo intrare / & illũ nõ oẽs ſed ſolũ ma= gnorũ dñoꝝ vxores & nũq̃ ampli⁹ niſi in die veneris ad vnicã orationis meridianę horam q̃ apud eos ſolẽnis eſt / decet aliquo modo intrare. Collocutio viri cũ muliere in publico ita rarũ ẽ: vt ſi inter eos p annũ eſſes / vix ſemel id experiri poſſes. Mulie= rem ſedęre in equo vel equitare ab omnib⁹ haberet ꝓ mõſtro. Etiã in domib⁹ proprijs viri cũ vxore nunq̃ in actib⁹ & motib⁹ vel collocutiõe minimũ indiciũ laſciuię vel ĩhoneſtatis dep̄hẽ di poteſt. Et tãta ẽ maturitas virorũ etiã i domib⁹ ꝓprijs: vt ti= mor & reuerẽtia ab omni familia eis exhibeatur. p̄ſertim erga vxores rigorẽ ſuũ nũq̃ relaxãt. Magni aũt dñi quia cũ vxorib⁹ ſuis eſſe ſemp nõ poſſũt: eunuchos ad cuſtodiã earũ deputatos habẽt: q cũ ſũma diligẽtia ita eas cuſtodiunt / vt cõditionẽ viri cuiuſcũq; penit⁹ ignorare videaᷓ niſi mariti ſui. Reliq̃ breuita= tis cauſa trãſeo. hoc aũt qđ i domo patroni mei vltimi in q̃ xv. annos cõtinuos manẽs a fęminis expert⁹ vidi: lõgũ eſſet narra re pſigula / nichilomin⁹ nõ pmittit me tacęre oĩno operis ma= gnitudo. Nã vxor filij q̃ xx. annos i domo eadẽ iã trãſęgerat / & habebat filios & filias: nũq̃ viſa ẽ p̄ſente patre mariti apto ore vel diſcoop̄ta facie comediſſe vel locuta fuiſſe. Et hũc rigorem reuerẽtię a p̄ria die q̃ illã eãdẽ domũ ĩtrauerat: nũq̃ relaxauit / nec i poſterũ aliq̃n relaxare decet. Et iſta eſt omniũ generalis cõſuetudo i ſimili caſu degẽtiũ. Apud eos eſt etiã aliquid quod ſtrictiſſime obſeruãt. Facto eni deſpõſatiõis pacto iter filiũ vni⁹ & filiã alteri⁹: nũq̃ amplius ſponſus aliquo modo audet paren= tibus vel propinquis ſpõſę colloqui / vel apparęre vſq; in diem nuptiarum / ſęd declinat & fugit erubeſcendo pręſentiam eo= rum quantum eſt poſſibile. Et hoc idem obſeruatur ab ipſa ſpõ ſa reſpectu parentum & propinquorum ſpõſi ſui.

De motiuis supernaturalibus & spiritualib9/& primo de ꝓfessione & lege Turcorum. Cap.XIII.

PRofessio sup quā fūdata est lex Turcorū:ista est lay l
laha hillallach mehēmet erczullach hoc vult dice
re secūdū cōmunē opinionē exponētiū.De9 ē vnus
& Mahumetes est ꝓpheta ei9.maior oīm opinionū
difficultas in isto ꝓfessionis modo consistit. Si enim se vnius
dei cultorē esse persuadere poterit:venenū sui erroris sub spe
cie pietatis facile diffūdit.hic est lapis offēsionis:ad quē multi i
pingētes/in laqueū perditionis animarū ceciderūt . hęc est ista
mola asinaria:q̄ multorū collis appensa / i barathrū despera
tiōis eos demersit.Dū eni sīplices audiūt eos idola execrari &
oēm formā vel imaginē sicut gehēnę incēdiū refutare / & vni9
dei cultū iā cōstāter profiteri & p̄dicare: nō manet āpli9 de eis
suspitionis loc9.Sed & quidā de sapientib9 causam durationis
illius sectę sup alias sectas & hereses illā dixerūt esse:quia ido
la detestat & vnū deū colit.Sed hoc multū improuide dictū vi
debitur:si de reproborū duratione quid scriptura cōmemoret
diligenter inspiciat. De9 eni reprobos ideo patienter expectat
vt in die iudicij eos in plenitudine peccatorū puniat grauius.
Quos autē hic citi9 tollit nec permittit ex sententia agere:hoc
ideo vtiq̧ facit vt in penis cū eis mitius agat. Culpa igitur cle
mentiam expectātis cōtemnētiū reproborū dū ad īfinitū tēdit:
quid agit nisi vt furorē iusti iudicis contra se iuste insurgētis si
ne remedio & sine seueri9 in penis vīdicē expectet & recipiat?
Quomodo aūt hec professio interpretanda sit:in cap. septimo
decimo dicet.quid aūt cōtineat lex hui9 ꝓfessiōis : hic vidēdū
est.Cōmunis opinio omniū fere Turcorū de lege eorū talis est
Dicūt eni primū ꝓphetā magnū cui data fuit lex primit9 a deo
fuisse Missah idest Moyses cui dat9 ē liber tefrit/ quē nos pēta
teuchū nominam9:& oēm hoīem qui eo tempore legem obser
uasset saluatū esse.Cum aūt p successū temporis hūana malicia
& negligentia hāc lęgē corrupisset:in hui9 peruaricationis re
mediū electus est secūd9 ꝓpheta magn9 Daiit quē nos Dauid
dicim9 cui datus est liber czabur quē nos Psalteriū vocamus.
Quo prioris modo/seruato & corrupto:tertius quoq̧ prophæ
ta magnus subiūctus est yesse idest Ihesus/cui tertia lex cū libro
vigilis quē nos Euāgeliū dicim9 missa est.quę suis tēporib9 om
nibus causa salutis fuit. Ea tandē p̄cedentiū modo euacuata:
quartus electus est Mahumetes/qui legē cum libro qui Alcora
nus dictus est a deo accepit.Quæ euacuatis omnib9 antehabi
tis sola necessitatē salutis donec alia superuenerit :plene & in

dubitanter ab eis prædicatur & dicitur habere. Hæc igitur lex Alcorani primo / in præcepto habet: vt omnis vtriusq; sexus dum ad prouectam peruenerit ætatem/ extra limites matrimonij vitam nō ducat. Deinde omnes pari districtione ad orationem subiicit: quæ quinq; vicib9 in die/ quinq; ad hāc deputatis horis et temporibus pficitur. Tempus primę orationis/ est ortus solis nō cōputādo horā sed accipiēdo tēpus grosso modo: eo q, ipsi nullā habeant artē cōputandi/ sed solū instinctu naturali de tempore iudicant. Ista ergo oratio prima per quattuor erket et duo czalamat pficitur. Erket est geminata inclinatio cū totidē prostrationibus. Czalamat autē est ipsa secreta oratio quā facit sedendo post qdlibet Erket: cum salutatione a dextris & a sinistris & impressione pacis quā vtraq; manu in faciē obducēdo facit. Tēp9 scdę orationis est circa meridiē: q decē erket & quinq; czalamat continet. Tertia oratio in declinatione solis/ tempore vespertino fit. et ipsa octo erket et quattuor czalamat habet. Quarta oratio quinq; erket et quattuor czalamat continens: tēpus circa occasum solis sibi vēdicat. Quinta & vltima reliquarum prolixior/ quindecim erket et octo czalamat habet: et post cenam tardiori hora celebratur. Prima oratio eorum lingua Dangnanias dicitur/ secunda Orlenanias/ tertia Kindinanias/ quarta Achsamnanias/ quita Laczinanias. has oratiōes vnusquisq; cum parochiano suo et in mesquita propria tenetur orare: nisi legitima causa interueniente. tunc autem in omni loco hoc licite facere potest. in obseruatione temporis eadē est dispēsatio: vt scilicet vno tēpore suppleat quod alio omissum est. die autem veneris quæ apud eos celebris est/ attentius orant: non tamen abstinent aut vacant a quocūq; labore. In ciuitatib9 habetur vna solennis et principalis mesquita idest eorum ecclęsia quę euemesgit dicitur: ad quā in die veneris omnes conueniūt/ tā ipse rex quando præsens est q alij principes. et oratione meridiana solenniter pacta fit prædicatio & elemosynarū regaliū elargitio. De ordine autē/ honestate et silentio quæ habent in ecclæsia/ deq; deuotione: longū foret enarrare p singula. hoc tamen breuiter dico q quando Turcorū in eorū ecclęsia silentiū & Christianorum in sua Ecclęsia tempore orationis tumultum considero: magna michi admiratio generatur de tanta ordinis pmutatione/ vnde scilicet in illis tanta deuotio/ in istis væro tāta indeuotio atq; indiscretio esse possit. cum tamen contrarium esse debære causa et ratio ipsa requirat. habent item inquisitores qui accusatos de omissione orationis/ multis afficiant cōtumelijs. circūducūt enī eos/ tabulā cū caudis vulpinis collo ap-

pendentes et non sine taxa pecuniæ dimittũt maxime si hanc orationis negligentiam in quadragesima eorum admiserit. habent etiã triplicẽ lotionem qua se ad orationẽ præparãt. Prima est perfusio totius corporis cũ aqua/ ita diligenter vt non remaneat locus quantus est punct⁹ vni⁹ acus intact⁹ ab aqua: alioq inualida esset lotio ista. et propter hoc solent frequẽtare et diligentissime radere pilos in omni parte corporis/ excepta barba in viris et capite in mulieribus: quorũ pilos multo studio lauãt et cũ pectinibus frequẽter discriminãt vt aqua penetrare possit. Incidunt diligẽtissime insup vngues manuum et pedũ: et propter hanc eandẽ causam reor eos vti circũcisione/ vt inferius dicetur in cap. xxj. et hec lotio vt supradictũ est in cap. x. post quã cũq; pollutionis maculã necessaria est & vocatur czoagermeg. Secunda lotio vocat̃ Tachriat/ et est necessaria quãdocũq; op⁹ naturę exercet̃ vel etiã aliquid vẽtositatis emittit̃. tũc eñi in aliquo loco secreto pudẽda et posteriora abluẽda sunt. Tertia lotio vocat̃ auptaz vel abdas: & est necessaria in quinq; sensuũ organis incipiendo a manibus. quibus lotis cum brachiis vsq; ad cubitũ: procedit ad os & nares. deide abluta tota facie cũ oculis tranit ad aures: et manu cũ aqua supducta capiti descendit ad pedes/ & crurib⁹ vsq; ad tibias ablutis perficitur. hanc lotionem in omni loco licitum est peragere: et non est necessarium vt præcedat vnãquãq; orationẽ/ nisi forte aliqua imundicia hoc exigente. Si aute post primã orationẽ poterit cauẽri omnis imũdicia: eadem die ad omnes orationes non requiritur alia lotio. aliqui tamen pro deuotione & pro maiori cautela/ eam frequentare solent. habent et vnã lunationẽ inter duodecim lunationes anni cõmunis in qua ięiunant. et quia ann⁹ solaris non concordat in mensib⁹ cum anno lunari siue Embolismo: & ipsi hanc computationẽ ignorantes cõputant duodecim lunationes pro anno/ ideo mensis ięiunij eorũ nunc in hieme nunc in æstate contingit. In ipso autẽ ięiunij die abstinent ab omni genere cibi & potus: in nocte autẽ omni genere ciborũ et quoties placet vtuntur. habent autẽ vnũ pascha in fine ięiunij in quo visitant memorias mortuorũ suorũ/ ibidem orantes & quę secum portauẽrunt comedentes. & inuicem osculantes dicũt/ baaram gluttieczong/ hoc est veniat tibi bonũ pascha. et hec omnia etiam obseruant in secũdo paschate quod in sexagesimo die post primũ celebrant: eo q; tunc vel in ipso die peregrini eorum in Mecca celebrãt & pagũt ritũ pegrinationis suæ. nã magna multitudo de secta illa non solũ de genere Turcorũ sed & de omni generatione quæ illi sectæ deseruit scilicet Arabes/ Sarracæni/

Tartari: annuatim visitāt memoriā & sepulchrum Mahumetis in loco qui ab eis Mekite/ ab alijs Mecca nomiatur/ & est vltra Hierusalē sexaginta dietas. & non possunt transire nisi cū Camelis: eo q̄ arenosa & aridissima est via illa. Vnde & Solthan9 habet ad hoc preparatos Camelos p̄ peregrinis ducendis. habentur autē ipsi pegrini qui sepulchrū Mahumetis visitauerūt ī magna reuerentia & reputatione. & vocanť hatschilar: & vtūtur multis priuilegijs. vnde et in iudicio/ vnius eorū testimoniū p̄ tribus aliorū testimonijs acceptatur. & p̄ eis specialis fit oratio sicut p̄ victoribus. & p̄pter eos duo habenť gn̄a hospitaliū in oī loco: vnū in vijs/ aliud in ciuitatib9. hoc quod i vijs/ vocať Zeuuēnezerey: & est edificatio magna in locis vbi nō inueniūtur habitatores sufficientes ad recipiendos viatores & peregrinos. hoc quod in ciuitatibus est/ vocatur ymarat: q̄ sunt ecclesiæ magnæ ędificatę a ręgibus & principibus & dotatæ multis possessionibus/ ita vt omni die posset fieri bina refectio aduenientiū: & prio peregrinorū / secundo studentiū & hoc scriptorū quibus refectis si quid supfuerit: omnibus indifferenter præsentibus distribuiť/ & hoc quotidie tempore prādii & tēpore cœnę. Sacerdotes autē & studentes qui ibi scripti habentur p̄ refectione obliganť ibi pagere speciale officiū p̄ anima illius qui illd edificauit & instituit. habent insup gymnasia magna & multa/ in quibus docentur quædā lęges ciuiles ędite a ręgibus pro gubernando regno: in quibus qui magis p̄ficiūt/ p̄mouenť ad beneficia/ ad iudicandū scilicet & regendū populū. & habent duplicē gradū: minores munetschum vocanť/ maiores vero muderis/ minus docti vocātur tansman: quib9 sufficit vt Alcoranū bene sciant & cerimonias q̄ ad orationē & cultū lęgis pertinēt/ & secundū hoc habentur p̄uisiones eorū: nisi enim sint iudices vel registrarii vel iuriscōsulti qui calistę dicuntur/ qui sibi vacare non possunt: non habentur alię prouisiones nisi q̄ sint liberi & exempti a seruitute & oneribus communis populi. Sacerdotes enī eorū non habent occupationem circa curam animarum in audientia confessionū & ministratione sacramentorum & visitatione infirmorū vel sepultura mortuorū. nec habent magnā curam ecclęsiarum cum reliquijs & paramentis/ & sacrorū vasorum & altarium / de quibus omnibus nichil habętur apud eos. non enim possunt pollui ecclęsię eorum vel perdere sanctitatē quam non sunt consecutę. Nullam enim differentiam sacerdotes eorum a communi populo: nec ecclęsię eorum a domibus communibus habent. Orationum numerum possunt sacerdotes & alii indifferenter/ sine omissione laboris implęre. nō enim

vacant meditationib9 vel studijs litterarũ: sed solatio vxorũ & filiorũ & cõis familię/ iumẽtorũ quoqꝫ & possessionũ / mercãtię & vsurę/ iocis & venatiõib9/ auib9 & canib9 venatorijs. de quibus omnib9 & similib9 nichil est eis illicitũ nec ꝓhibitũ. Qualis eni lex: tales sacerdotes/ & q̃lis cult9: tales ministri. De his q̃ dicẽda essẽt excederẽ mensurã calami & chartæ: sed hæc breuissime pstrinxi/ vt darẽ occasionẽ reliq̃ inquirẽdi & diligentius perscrutandi. Pudet eni & tedet me dicere quę in ꝑticulari de his vidi & audiui.

❡ De motiuis supnaturalib9 et religiosis. Cap. XIIII.

SAnct9 Augustin9 de ciuitate dei libro vicesimo/ cap. nono decio de signis & ꝓdigijs mẽdacib9 loquens dicit ꝙ signa & ꝓdigia duob9 modis dicũt mẽdacia Vno modo qa decipiũtur sẽsus hoim virtute & arte diabolica vt credãt fieri qd in veritate nõ fit vt sũt phãtasmata. Scdo modo qa trahũt credẽtes ad mendaciũ vt scꝫ credãt fieri virtute diuia qd diabolus facit/ vel vt credẽtes sibi fieri ꝓ salute qd ad dãnationem fieri cõstat. Vnde ꝙ ignis descẽdit de cælo & cõsũpsit familiã & pecora ipsi9 Iob/ nõ erat mẽdaciũ: licet fieret opatiõe diabolica deo pmittẽte. Istis igitur modis credẽdũ est vnicuiqꝫ fideli ꝓdigia & signa inumerabilia mẽdaciter fieri per religiosos ipsorũ pfidorũ Turcorũ tã i vita eorũ q̃ etiã post mortẽ. nã tanta ẽ potẽtia diaboli i eis: vt poti9 videanť diaboli incarnati q̃ homines. Secũdũ eni differentiã quã habẽt i habitu exteriori latet etiã ipsa diabolica virtus in eis. Quidã eni ex eis perferũt maximã patiẽtiã: & isti nõ portãt exteri9 aliquẽ habitũ sed nudi incedũt solũ cooperiẽtes virilia. Et in ista specie religionis inueniũtur aliq tantæ pfectiõis vt quasi impassibiles sint. & nichil exterioris impressiõis sentire valeãt. nã in maximis frigorib9 hiemis/ ipsi nudato toto corpore incedũt & non sentiũt: & hoc similiter in calorib9 æstatis. isti suę probationis rationes & patiẽtię veritatẽ ostẽdũt in varijs stigmatibus cõbustionũ & cicatricib9 incisionũ corporũ suorũ. Nã si qs probare voluerit: facit sibi apponere ignẽ vel incidere carnẽ cũ gladio. quę omnia tantũ sentit ac si lapidi ignẽ apponeres vel lignum gladio incideres. Alij ex eis magnã pferũt virtutẽ abstinẽtię. de illis dicebať ꝙ ad tantã pfectiõnẽ puenũt aliq vt rarissime cibũ & potũ sumãt. Aliqui aũt & magis perfecti sine omni potu & cibo corporali viuũt. Alij magnã paupertatẽ habẽt ita vt omnino nichil de terrenis rebus cogitãtes neqꝫ curãtes dicanť nec in crastinũ aliquid retinẽtes. Alij ppetuũ silentium tenẽt/ & mutorũ nomine czamutlar nuncupati nullã cum hominibus

conuersationem agunt: ne ad loquendum prouocentur. quorũ vnum solum vidẹre potui non sine admiratione. Alij visionib9 alij reuẹlationibus varijs sunt donati: alij raptus/alij extases supernaturales habent. Et secundum hoc nullus est inter eos qui non consequatur aliquid experientię spiritualis: per quod possit habẹri certa coniectura & euidens iudicium ꝙ sit de numero & ordine dermschler. hoc est enĩ nomen omnium in tali statu degentium. Et secundum varietatem ipsarum experientiarum spiritualium etiam differunt in habitu & modo viuendi. Nam vnusquisꝙ portat signum suæ professionis. Si enim videris aliquem in capite deferre pẽnas: denotat eũ meditationibus & reuelationibus deditum esse. Si portat habitum consutum variorum colorum pecijs: significat paupertatem. Illi qui in aures portant/ in auribus significant se obedientes esse in spiritu propter raptuum frequentiam. Portantes catẹnas in collo vel in brachijs: denotãt violentiã vel vehemẽtiã quã habent in extasi. De patientib9 supius dictum est q nudi ambulãt & sic de alijs multis. Varios etiã modos tenẽt viuẽdi. Illi enĩ q minus ipediti sunt in spiritualibus scilicet in raptib9 & alijs: cõmunẽ vitã ducũt & habitãt inter homines. Alij vẹro seorsũ habitant cõgregati per modũ villę. Alij etiã solitarii in nẹmorib9 & solitudinib9 vitã ducũt. Alij in ciuitatib9 hospitalitatẽ exercẽtes (quorũ domos tekye vocãt) recipiũt hospites saltẽ ad quiescendũ: si nõ habẽt vnde reficiãt. Alij ex mẽdicitate cõtinua viuunt. Alij i ciuitatib9 portãtes aquã cũ vtrib9 de meliori aqua quę ibi reperitur/ & circũeuntes ciuitatẽ omnib9 prẹbẽt ad bibẽdum recentẽ aquã & nichil mercedis petũt sed solũ spõte oblatum recipiũt. Alij habitãtes circa sepulchra nominatorũ sãctorum ea custodiẽtes & deuotis oblationib9 populi viuẽtes. Vtrũ autem omnes/ vxores habeãt percipere non potui: eo maxime quia de lẹge Turcorũ quę hoc pcepit ipsi nõ curãt ppter opinionem ipsorũ ab alijs differentẽ de quo infra dicet cap. vicesimo. Nõ eni obseruãt alias cerimonias lẹgis in oratiõib9 & locutionibus & alijs similibus. Eapropter etiã quia si forma aliarũ virtutũ i eis supernaturaliter exercet vt dictũ est: crẹdẽdũ ẽ etiã prodigiũ cõtinẽtiæ nõ debẹre deesse. Nã illud magnũ portẽtũ de quo magn9 inter eos est rumor plures cõceptos esse & natos sine virili semine/ qui nefles ogli dicunt (de quib9 etiã in sequenti cap. fit mentio) credi potest fieri per fœminas non corruptas carnali corruptione. potest tamen esse ꝙ ipse matres taliũ sint vxores religiosorũ. & propter pdigium cõtinẽtię eorũ nascantur eis filij modo non naturali/ sed aliquo alio modo diabolicę

diſpenſationis hominib⁹ occulto. Vnde propter hoc Turcis ip ſis non videtur inſolitum: quando Chriſtiani dicunt immo ipſi met dicunt & confitent Chriſtum ex Maria conceptum & natum ſine humano ſęmine. Quomodocunq; igitur hoc fiat licet ſit inſolitum & mirabile auditu: non tamē inter illos impoſſibi le videtur diabolicę potentię ſi cętera eius opera inſpiciantur quę in eis & per eos operantur. Agūt & ipſi religioſi eorū quaſ dam feſtiuitates: vel propter vota populi eis oblata / vel propter prędeceſſorum ſuorum memorias / vel etiam propter com munem populi neceſſitatem ſcilicet pro pluuia impetranda / vel ſerenitate & huiuſmodi. & tunc conueniunt & congregantur omnes qui ſunt in locis propinquioribus: & fit primo omnium cōmunis refectio. occidunt enī animalia ſi habēt. ſi autē nō habēt: faciūt de leguminib⁹ vel rizo ſecundum facultatem ſuam cibaria qualia poſſunt. & completa refectione ille qui primus eſt inter eos / accepto tympano facit modulationē: & ſurgentes cęteri per ordinem incipiunt ludere. Vocatur autem feſtiuitas eorū Machia / & ludus czamach: qui fit quadam totius corporis regulata & bene modificata agitatione / cū honeſtis & dignis & valde decentib⁹ omniū mēbrorum motib⁹ ſecūdū modulationem mēſurę inſtrumenti muſici ad hoc cōuenietēter aptatę / & in fine ꝑ modum vertiginis quodā motu velociſſimo circulari rotatiōe vel reuolutione: in quo tota vis ipſius ludi cō ſiſtit. Nam feruentiores eorum in tanta velocitate reuoluuntur / vt non poſſit vtrum ſit homo vel ſtatua diſcerni ab intuentibus: & oſtendunt ſe in hoc quaſi ſupernaturalem agitationē corporū habęre. Et licet aliquis poſſit eos imitari in cęteris ipſius ludi geſtibus: in iſto tamē reuolutiōis actu nemo eos quantumcunq; aptus & agilis fuerit / poteſt aliquatenus imitari. Poſtq̄ igitur ſinguli luſerunt ſurgunt omnes ſimul & confuſo ordine ludunt / emittentes quaſdam imprecationis voces pro ſalute eorum qui eis vota ſua vel elemoſynas elargiti ſūt. Vtuntur etiam quibuſdam ſermonibus / a prędeceſſoribus ſuis ſibi traditis qui illos dum in raptu vel in extaſi erant in ſpiri tu locuti ſunt. qui ſuauis ſunt facundię & rythmice prolatę & facile mente retinentur: & ſecundum materiam de qua tractāt longiores vel breuiores exiſtunt. Aliqui enim ſex verſus / alii octo / vel decem / alii plus / alii minus continent. Et trahūt om nes cerimonias legis Turcorum & ritus ad ſēſum ſpiritualem: quorum ego magnam habui copiam tam in ſcriptis q̄ mente / & delectabar in eis: eo ꝙ magis Chriſtianam religionem confirmant q̄ Turcorum. Vnde ſacerdotes eorum non accipiunt

eos ad authoritatem: dicentes eos qui illa dixerunt non intellexisse quid diceret. quia in raptu vel extasi politi: extra sensum constituti erant/ dum illa proferrent. Quādo igitur ipsi religiosi sunt inter homines/ vnusquisq; suę perfectionis vel professionis signum ostendere conatur. et inter cęteros actus suę ostēsionis nullus est tā prouocatiuus deuotionis seu feruoris sicut ipse ludus eorum supradictus. nec caret mysterio. nam & sancti prophetæ antiqui⁹ huiusmodi ludis vtebantur in suis festiuis officijs: sicut habetur de Dauid ꝙ ludebat ante arcam domini/ & de multis alijs veteris testamenti. Dū enim quidam eorū in domo nostra hospitaretur: post cœnā surrexit et icępit ludere pręcinxitq; se. et dum se reuolueret/ audiebantur quędam voces ex ipso sonantes: ita vt omnes qui in domo erant attoniti/ ex admiratione vix poterant se a lachrimis cōtingere. Alia vice quidam eorum dum essemus in cœna repente raptum incurrit/ et totaliter extra se vsu omnium sensuum destitut⁹ est/ quasi mortu⁹ sedebat neq; mouebatur nec quicq̄ sentiebat. sępius autem apud nos hospitantes: de sermonibus supradictis cōsolationem præbębant audientibus. Sunt enim tantę exemplaritatis in omnibus eorum dictis et factis/ in moribus & motib⁹ quoq; tantam præferentes religionis ostensionem: vt nō homines sed angeli videātur esse. nā in facie eorum quandam spiritualis representationis notā habent: vt si nūq̄ ampli⁹ vidisses eos ꝙ soli⁹ vultus intuitione eos statim agnoscere posses Sed quia satis de exteriori apparentia eorum locuti sumus: nunc vltimo videamus si possumus fruct⁹ agnoscere per quos tales agnoscam⁹ interi⁹ vt saluator docet Matthęi sexto. Si quis enim voluerit dicta eorum priuatim et in particulari perscrutari: tantā inueniet in eis ambitionē proprię reputationis/ et tantum spiritualis superbię venenū: vt hoc qd dicitur angelū sathanę se trāsfigurare in angelū lucis/ proprie deipsis possit intelligi. Nā ipsi dicunt se præ ceteris a deo electos/ & quasi amicos dei se ab omnib⁹ debære honorari: dicūt se gratiam dei specialiter ab alijs & præ alijs cōsecutos/ ita vt nemo possit saluari nisi mediante gratia eorum: & propter hoc dicunt vota et elemosynas totius populi sibi deberi. Vnde si etiam eos aliquis in modico offenderit: statim vindicādo indignationem dei sibi imprecātur. Quidā enim eorum dum ad hospitandum venisset in domum cuiusdam diuitis in partibus illis vbi ego eram non longe distans a villa nostra/ erat domus eiusdem diuitis. qui dū circa pecora occupat⁹ cum familia quia tēpus erat pluuiale/ nō attendisset hospiti secundū voluntatē eius: ille immediate de domo exiens vociferando &

imprecando eis indignationem dei recessit. Eodem anno intã‑tum vindicta dei secuta est vt in domo illa nec de hominib⁹ nec de pecoribus aliquid remanserit quoniam omnia interiærunt. Hoc de multis aliis audiui factũ. Vnde multum cauetur ab omnibus: ne in aliquo offendantur. Fideliter igitur considerando: iste non sunt cõditiones amicorũ dei qui vult omnes homines saluos fieri/ sed ipsi⁹ diaboli qui non quęrit nisi perdere. De hac autem materia adhuc aliqua dicturus in sequenti cap. hoc solũ addere volo ꝙ omnẽ maliciam & versutiã diabolicæ fraudis/ omnẽ deniq; nequitiam artis ei⁹ ad perdẽdas animas plenissime in istis reprobis reperiri nullatenus dubito.

¶ Item de motiuis supnaturalibus et prodigiis et signis mendacibus. Cap. XV

INter ceteros hui⁹ sectæ qui post mortẽ signis et prodigijs męndacib⁹ claruęrũt & adhuc quotidie clarẽt: est vn⁹ pricipalis q magnæ reputationis et venerationis habet in tota Turcia/ cui nomẽ Sedichasi/ qđ interpretatur sanct⁹ victor vel victoriosus inter sanctos: cui⁹ sepulchrũ & sacrum est inter fines othmãni & caramãni. Et licet isti duo freqũter iter se discordias habeant & vn⁹ inuadat terras alteri⁹. nemo tamẽ est ausus aliquando appropiquare sepulchro eius/ vel terris ei propiquis aliquid mali inferre: quia sicut sępe expertũ est qui ausi fuerunt facerę hoc/ magna in eos secuta est vltio. Et ista est inter eos oim cois opinio: nunq̃ aliquem fraudatũ dęsiderio suo de ijs qui ei⁹ implorãt auxiliũ ĩ quacũq; necessitate maxime aũt in bellorũ factis & negocijs pręliorum. Et hoc probat magna multitudo votorum in omni genere animaliũ et aliarũ ręrũ et pecuniarum quę annuatim a rege & pricipib⁹ et totius vulgi cõmunitate ad eius sepulchrũ deferũtur. maxima namq; fama et estimatio habętur de eo non solũ inter Turcos sed etiã in omnibus huius sectę nationibus. De eius autem signis & prodigiis hoc dicere volo ꝙ maior celebritas habętur de eo inter Mahumetistas q̃ habeatur de sãcto Antonio inter Christianos. ¶ Est ali⁹ vocat⁹ Harschi pettescli/ qui interpretatur adiutoriũ peregrinationis/ qui etiam multũ inuocatur et veneratur/ maxime a peregrinis qui eius auxilium frequẽter experiri dicuntur. ¶ Alius item dicitur Ascik passa qui ab amore nomẽ habet: et dicitur quasi patron⁹ amoris. qui ĩ matrimonio existẽtib⁹ /velut in partus periculo aut habendæ prolis dęsiderio vel discordantibus marito cum vxore & pluribus talib⁹ necessitatibus opem ferre dicitur. ¶ Ali van passa/ discordãtib⁹ patrociniũ cõferre dicit̃ cõcordię: de quo dicebat̃ ꝙ q̃rẽtib⁹ eũ

nunc iuuenis nunc senex apparebat. Scheich passa conturbatis & tribulatis solatio esse solet. ¶ In illis autē partib9 vbi ego morā fęci multi fuęrūt olim qui pro sāctis habiti fuęrunt quoꝝ nomina delęuit obliuio: nichilominus eorum sepulcra/ habentur in magna veneratione. nam si pro pluuia habenda vel cōsequenda serenitate vel pro quacūq; alia necessitate sollicitudo incumbat: conueniunt super sepulcra eorū/ & vota sua & orationes facientes/ magnā spem exauditionis suæ reportant. quibus ego sępius interfui cum eis causa habendi aliquid boni de ijs quæ portant illi ad comedendū. Inter illos autem duo sunt quorū nomina sciuntur: vnus quidem Gotuelmirtschin/ alter vęro Bartschinpassa nuncupat̄. horū mira gesta narrabātur in eisdē partibus maxime circa custodiā & cōseruationē pecorū & aliorū animaliū. sed pręcipue illi9 qui dicitur Gotuelmirtschin de quo ipa domina mea sępissime michi narrabatq; magna beneficia eius ipsa consecuta fuisset circa custodiā vitulorū suorū quapropter annuatī ei certā quātitatē butyri vouebat & reddebat. addidit etiam dicēs / si quando obliuiscor vel neglexero votū reddere: statim damnū aliquod incurro. sed & michi suadębat vt eū inuocarē dū in pascendis ouibus Lupum habęrem infestū. Sed nec silētio pręterundū existimo quod dominus meus sępe nūero solit9 erat narrare. Dicebat enī ꝙ cū vna dierū vnus taur9 suus de armētosero domū redeūtibus cęteris pecudibus defuisset: statī (vt in illis regionib9 moris est) cōuocatis omnibus vicinis per modū venantiū vnusquisq; cū pharetra & arcu & canibus ipso sero transeūtes ad ꝓpinquiora loca siluarū nullū penit9 indiciū inuenietes reuersi sūt. In crastino eodē quo pri9 modo plustrātes omnia loca pascuarū: nichil omnino ꝓfęcęrūt. Die tertia cū iam aduesperascēte die fatigati & omni spe frustrati in reuersione subito inopinate domin9 meus cōuersus ad semetipm/ mente quoddā votū cōcępit: sc3 ꝙ pro amore sancti Gotuelmirtschin si iuuēcus repert9 fuisset vnū panē calidū quē ipsi passama vocāt butyro supposito cum peregrinis comedere vellet. Adhuc eo ista cogitāte subito concursus cū clamore excitat̄ & ecce taur9 herens cornibus i quadam arbore furcata inuenitur: et eo mirabilius quia iā per triduum locum eundē inquirendo ptrāsierāt nec possibile fuisset a feris saluū potuisse remanere. Cū igitur domin9 me9 votū qđ cōcęperat omibus retulisset: oēs in stuporē cōuersi deo gratias agentes/ & merita et nomē Gotuelmirtschin extollētes cū leticia & gaudio reuertētes nō solū de tauro iuēto sed etiam miraculo quod experti sunt. Est et ali9 cui nomē Churidelles: qui

viatoribus/ precipue necessitatē patientibus / solet esse auxilio. cuius est tanta estimatio in tota Turcia vt vix aliquis inueniat qui in necessitate auxilium non senserit vel a sentiente narrare non audiuerit. Ille solet apparere in forma viatoris/ griseo equo insidentis: & statim viatori necessitatem patienti subuenire/ siue eum inuocauerit siue etiā eius nomen ignorās se deo cōmendauerit: vt a pluribus narrantibus cōpertum est. Sed & alteri⁹ pdigiū narrare me compellit euidēs veritas: quod narrabatur ab ijs qui de eius cognatione adhuc superstites erant. Fuerāt enim quodā tēpore religiosi / loci illi⁹ qui nobis vicin⁹ erat diffamati p suspicionē de quadam pditione contra regem facta. super qua re nimis indignatus rex: omnes igne comburi mandauit. Ille autē qui inter eos primus erat dū pro excusatione & satisfactione sua & suorū / nequaq̄ eū placare potuisset: facta cōtestatione sua & suorū innocentiæ corā deo / ipse corā rege primus ardentē comburendus intrauit furnū & quousq̧ totū incēdiū circa eum refriguit/ omnino ab igne illesus remanens/ furorē regis mitigauit: seq̧ cū suis a periculo mortis eripuit/ & posteritati suæ necnō vniuersę genti illius sectæ exēplū solenne dereliquit. Cuius planellę quę cum ipso in furno ab incēdio intactę remanserant: pro testimonio veritatis adhuc hodie in eisdem locis repositę habentur. taceo de innumeris gestis q̄ quodā recitante audiui qui adhuc viuit in corpore non longe a partibus illis vbi ego degebā. qui tantę erat famę: vt quasi in omni loco vbi esset conuentio vel congregatio hominum / de ipso talis erat rumor: q̄ de omnibus rebus occultis tā manifesta indicia dabat & maxime de reb⁹ pditis vel furti ablatis / vt omnes latrones & fures illius terrę pp̄ter eū exterminati erāt nec aliquis audebat apparere. & licet multas insidias ei parauerint: tamen omnino nichil ei nocere potuerūt. Et quod multo mirabilius est pluribus ad se veniētib⁹ prius ipse occulta mentis eorū coram eis insinuauerit q̄ ipsi ea sibi retulissent. hunc & ego pp̄ter famæ magnitudinē videre decreueram post adeptā libertatem: nichilomin⁹ præpeditus recedēdi sollicitudine quę michi tunc instabat & anxietate difficultatis ī exeūdo & euadendo/ istum & alia multa quæ audieram neglexi videre. & forte deo sic disponēte quod poti⁹ credo. qa talia videre & curiosi⁹ perscrutari: magnū indubie detrimentū fidei potest afferre. De ijs aūt qui Nefles ogli dicunt vt supra dixi/ quorū semp duo vl tres ī illa ciuitate magna q̄ Bruscia vocat/ dicūt haberi/ quorū capilli vel de vestimentis ipsorū aliquid receptum/ omnem infirmitatem depellere dicebat: dicere plura/ causa breuitatis

omitto. Dicũtur enim tales prodigiose nasci/ idest sine virili semine et per consequens tota eorum vita et actio supernaturalis et mirabilis credenda est. De quo etiam in præcedenti cap. aliquid quãuis modicum dictum iam est.

¶ Vtrũ motiua aliqua sint sufficientia ad auferendum Christiano fidem. Cap. XVI.

SI autem aliquis michi diceret: quid te mouit vt tu de fide Christi dubitares/ et forte negasses nisi misericordia dei te conseruasset/ breuiter respondendo ad historiã meæ infœlicitatis quã ĩ prologo narrare incæpi: ea q̃ huic questioni cõgruere vident adiũgã. Nã a primis meis emptoribus in Edrenopoli emptũ mercatores vltramarini in quadã ciuitate quæ Burgama dicitur cuidã villano vendiderunt. Cuius michi crudelitas ad hoc profuit vt celeri⁹ agerẽ pro libertate prosequẽda/ horrorẽ illius sectę michi inducens et in fide Christi me consolidans. Et licet longe me abductum cõspicerẽ: nichilominus de dei adiutorio non desperans/ fugã inire non distuli. Cum igitur post primã fugam me inuento et ad domum reducto furorem conceptum reprimens/ michi pepercisset: minando si secundo fugerem duplicis vindictę me expectare rigorẽ. me q̃ magis mori q̃ viuere optabam/ non solũ non terruit: sed etiam ad secundã fugam citius agendam prouocauit. De his autem quæ michi post fugam secundam fęcerit: hoc solum dico q̃ non tantũ ea quæ minat⁹ fuerat perfęcit/ sed omnia quæ citra mortem possunt fieri sine aliqua misericordia crudeliter peręgit. nec a vinculis absoluisset me: nisi duę sorores ei⁹ carnales pro me interuenissent fidemq̃ iussissent/ me amplius non fugiturum. hec omnia contẽnens nec iam dubi⁹ de crudelissima morte si post tertiam fugã me reperisset: non longe post cuidam de mercatoribus simulatis de quibus superius mentionem fęci me sponte tradidi. qui me ab ipso liberatum/ in spacio quattuor mensium de loco ad locum tribus vẽdidit vicibus: & tandem in locis remotissimis dimisit. Præterea quinq̃ anni in isto fugiendi medio transierunt. Dum igitur omnes modos fugiendi cum maximis periculis & immẽsis laboribus probauissem: post vltimam fugam quæ erat octaua ĩ ordine fugarũ/ quã fęci in domo vltimi domini quasi omni spe libertatis frustratus & a deo derelict⁹ cæpi intra me cogitare/ & fatigat⁹ atq̃ fract⁹ hũc ad modum hęsitare et dicere. Vere si deo placuisset illa religio quam hactenus tenuisti: vtiq̃ te non dereliquisset isto modo/ sed auxilio tibi affuisset vt liberatus ad eã reuerti potuisses.

Sed quia omnē viā liberandi tibi obstruxit: forte magis ei placet vt illa derelicta/ isti sectæ adhereas et in ea saluus fias. et ex tunc neglectis orationibus et psalmis quos michi ibi scripserā & frequentaueram: incœpi addiscere orationes & cerimonias eorū/ & frequentare diligenter quantū potui & quantū pmisit onus seruitutis/ & hoc magis nocte et occulte q̄ die. cœpiq; inter cætera doctrinas religiosorū de quibus superi⁹ mentionem feci: diligentius ruminare/ qui cerimonias & legis ritū ad sēsum spiritualem trahūt/ et quodā modo religionē Christianā approbant et confirmāt. Frequens igitur illarū ruminatio tandē elapsis i hac mea fluctuatiōe sex vel septē mensib⁹/ subito vna dierū deo auxiliante mentē meā mutauit: ita vt dimissis oīb⁹ sectæ illi⁹ ritibus/ incœpi pristinas orationes meas resumere et fidem catholicā/ quasi perditā et recuperatam dragmā forti⁹ amare/ constātius tenere & diligenti⁹ q̄ prius feceram custodire. ¶ Illis igitur quindecim annis quos ibi postea transegi vsq; ad libertatem: ita confirmatus permāsi/ vt nullum motiuum siue interius siue exterius me pturbare potuerit. Omnia enim quæ post hæc audiebā vel videbā: nichil aliud nisi delirāmēta & illusiōes diaboli interpretatus sum. De ista igitur modica fluctuatione vsqueadeo profeci: vt si cētū annos inter eos manere debuissem/ nullatenus motus fuissem/ neq; de religione Christiana aliquid auxiliante michi diuina clemētia dubij admisissem. Hoc igitur exemplo vnusquisq; perpendere potest conclusionē quæstionis nostræ: q̄ omia motiua possunt quidē animū fidælis Christiani (deo ad eius pfectū illud permittente) aliqualiter perturbare: a fide autē Christi nullo pacto auertere possunt/ nec spem salutis adimere. Mea eni turbatio nō fuit pp̄ter desperationem salutis sed libertatis. Crædebā eni deo placære vt lægem illā remediū salutis amplecterer: postq̄ ab alia me separauit. & ideo quia illam dimisi: cœpi complecti aliā/ et in ea salutē quærere. Non sic impij abnegati/ non sic faciunt. non eni alicui⁹ motiui seducti fallacia: sed propria iniquitate & malicia inducti/ fidem negāt. illam obseruādo/ istā abiiciūt: sed sicut istā non nisi ficte tenuærunt/ sic nec illā intendunt obseruare. at quia in ista quæ strictioris est obseruantiæ/ sentiunt sibi ad perpetrandā maliciā suam obstare remorsum conscientiæ: ad illā quę largior est/ se conferunt. vt libertatē malicię habētes velamen suæ damnatæ conscietiæ ad ducendā vitā in omni genere viciorū/ possint ptingere ad finem totius diabolicę næquitiæ/ ad quē sectæ illius error plenissime perducit. Nequaq̄ enim de⁹ salutis author et veritatis: pmittit aliquē spem salutis habētem/ derelictaværitatis

via errori adherere. Nam si aliquis Christi fidē p motiua inductus/ vel tribulatione & angustijs coact9 negare deberet: multo magis ego negassem. quia ea tātū expert9 sum: quātū possibile est aliquē posse experiri. nec reperiri possibile est vnq̄ aliquem Christianū fidē negasse: cū nō solum fortes et viriles ætatis sed etiā teneras virgines et pueros examinatos exquisitissimis tormentis/ fidem Christi vsq̧ ad mortē cōstantissime cōfessos firmiter tenuisse quotidie legere et prædicare audiam9. Viso igitur exemplo: audiamus quid dicat authoritas. Abbas Ioachi super Apocalypsim cap. xiii. sup isto verbo quis similis bestiæ? multi inquit qui habitāt in terra: in illo die terribili/ frāgētur et dissoluētur a cōpage fidei/ pcussi timore. Nō eni videbit illos posse sustinere flagella: qui positi i pace Ecclesiæ næqueunt vel leuissimam contumeliā pati. dicent ergo quis similis bestiæ? Pri9 desperabūt de victoria q̄ veniatur ad bellū: & territi a voce bestię perdent fidē quā inaniter et ficte/ pacis tēpore tenuerūt. Et Ioannes in canonica sua. multi a nobis exierūt: sed nō erant ex nobis. nam si ex nobis fuissent: nobiscū vtiq̧ permāsissent/ manifeste ostēdens q̧ fidem Christi quidem perceperunt: sed eam operibus non compleuærunt. Ad idem est apostolus Paul9 qui dicit: quis nos separabit a charitate dei?

¶De interpretatione motiuorum. Cap. XVII.

¶ Erāt q̄dā tpe duo Iudęi/ vn⁹ diues/ alť paup q cū iť ſe cōtēde rēt/ & res ipa ob quā cōtētio iť eos ſuborta fuit/ ad arbitrū relata eſſet: in ſuſpitionē venit diuiti iudex/ quaſi q pauperi fauere vi- dereť & ſibi aduerſari. Videris inquit aduerſari michi/ & fauere parti aduerſæ / qđ mīme licet. Siquidē ſcriptū ē Exodi. xxxiij. Pauperis quoq; non miſereberis in iudicio. Hinc o Rabbi erra- re plane depræhenderis. Reſponſū tū eſt illi ab ipſo Rabbi. Si- quidem intellexiſſe iādudū textū ſcripturarū/ & proide ſua nō egere admonitione. Sed & alibi iſtā ſeſe inueniſſe ſentētiā: quā mox inquiens aduerſus te proferā: niſi ineas cū paupere cōcor- diam. At ipſe diues indigne ferens verba huiuſmodi ſecum ita locutus eſt: & ego quoq; ſcripturarum peritiam teneo. Attamē

Adagio Chriſtiani manſueti Græci ſapientes Iudæi perfidi

Nota hiſtoriam

talem textū nōdum legi:q meo quidē iudicio/aduersum me eēt videri possit. Q đ vbi Rabbi agnouit: misit ad diuitē librū quēdā vt quoq; ipe legeret/ notato loco i quo se legisse rectā sētētiā dixerat. Ille postq̄ librū euoluerat/certis in locis eiusdē libri aureos reposuit.x.aut.xx.quē & sigillo mox obsignauit & ita remisit: adijciēs vt denuo legeret. Nā aliā forte eiusdē text9 intelligentiam depræhendet inquiens. Recepto libro Rabbi admiratus est haud parū: sed aperto & reuoluto iuuenit aureos nūmos passim repositos. Q uibus apprehēsis exclamauit prę gaudio nōdū id se animaduertisse tantam vtpote intelligentiā scripturarum in diuite illo fuisse. hacten9 illi. Tū vero quādo Rabbi arbiter inter partes contendentes constitutus ipsos componere satagit: illi protestationem faciūt huiusmodi se quidem cōtentos eē cōcordiā āplecti velle/ nō tamē qualemcūq; sed qualem Christiani ineūt quorū cōditio est/ & mox post initā cōcordiam non meminisse iniuriarū faxit de9 ne secus agatur. Verū Iudæi etsi compositionem amplectuntur/ non tamen obliuiscūtur iurias iuxta illud Eccl'.xij. Non credas inimico tuo ineťnū.

ℭ Q₂ Liber Thalmut non nouus sed vetustus. Cap.IX. Cap.5.

Voniam autem superius mentionem feci quanta diligentia soleant Iudęi suū Thalmut obseruare/ fortaisse aderit qui arbitrabiť Thalmut illud ipsum nouum esse inuētum aliquod. At non ita est. Nam ante CHRISTI aduentum vsus eius fuit inter Iudæos sed tū libellus erat modicus: qui nunc excreuit in tantam molem/ vt duplo maior videri possit/ q̄ sit biblia. qđ hic accidit. Nā postq̄ Christianorum religio oriri/ ac in præcio paulatim haberi cępit: formidauerunt Iudæorum Rabbi ne forte sua religio iā deinceps periclitaretur/ fieretq; indies minor/ Christianorum aūt maior/ vimq; nāciscereť maiorē: vt & reipsa factum esse videmus. Hinc certe ducti fuerūt quidā Iudæorum Rabbi/ cuiusmodi Rabbi Asse/ & Rabbi Akifo: vt fidem suā atq; religionem quam seruant/ latius deducerent/ & significantius explicarent/ et proinde illā facerent obseruatu grauiorem q̄ fuerit pri9. Nec dicti soli Rabbi in bibliam cōmentati sunt: verūetiam alij multi. Ex quo factum est initium ipsi9 Thalmut qđ & iucundū est audire. Simileq; est homini peregrinanti ad loca lōgiqua/ et iā inde reuertenti. Ad quē reuersū: cōfluūt vndiq; vicini sciscitantes singuli si qd noui habeat aut viderit idq; proferat in medium. Tum ille vt expectātes et obseruantes ipm alliciat: primū quidem narrat ea quæ etsi non vsq; quaq; vera probāť/ verisimilia tn̄ sunt. Post aūt vbi credulos illos aiaduertit eoꝝ q̄ dicit: fingit ex se noua mēdacia. q̄ illi nichilominus vt priora recipiunt.

Thalmut

ℭ Q₂ Liber Thalmut falsa plurima complectiť. Cap.X.

PReterea autem scribit illorum Thalmut/ dñm deũ singulis diebus irasci oportere. Id aũt an mane sit an vesperi: incertum adhuc illis est. Psal. Nunquid irascetur deus. Verũtamẽ aiũt vnum fuisse aliquando diem in quo nõ iratus sit deus/ ob id scȝ ne Balaam missus ad maledicẽdum filijs israel: id minime facere potuisset. Quamq̃ id iussent Balach vt faceret. Cui Balaam respondit: quo pacto mihi pręcipis vt maledicam: cum id sit solius dei/ scȝ maledicere atq; irasci. qui tamẽ nunc sibi tẽperat ab ira. Nũeri. xxiij. Quomodo maledicam: cui non maledixit de9? Insup aiunt iram dei quoties irascitur: ad ictum tantum oculi perdurare. Et quicquid tũ sibi optauerit homo: id sibi donare in ipso illo momẽto. ꝓ qd etiã putãt hoiem posse agnoscere quando irascaẽ de9. Adijciunt quoq; hoc signum. Quoties inquiunt Gallum videris vno stante pede & cristam eius pallescere/ iam tũ deum irasci: & maxime quidem interdiu nõ noctu. Laudãt ꝓpterea deũ quotidie Iudęi/ atq; ei grãs agũt: q̃ gallo tãtã dederit itelligentiã atq; prudẽtiã: qui sciat ita discernere quãdo irascaẽ de9 aut nõ irascaẽ. Iob. xxxviij. Quis dedit gallo intelligẽtiã. Quis enarrabit cęlorũ rationẽ. De his deliramentis Iudęorũ quid sentiant Rabbi Salomon & Nicolaus lyran9 sup Gen. cap. i. quisq; aiaduertere põt. Et multa qdẽ possem de his scribere: sed quia superuacuũ videreẽ/ silescam poti9. Attamen ipsi Iudęi non minus diligenter suum illud Thalmut venerantur atq; obseruant/ q̃ decem pręcepta decalogi. Qua tamen in re mulieres multo sunt superstitiores. Porro aũt illorum Thalmut scribit ac pręcipit ipsis Iudæis secundum lęgis consuetudinẽ: vt cum quis vxorem ducturus est: illam ducat in synagogam Rabbi suo ac vtriusq; & sponsi & sponsæ comitantibus amicis. vbi tum illam annulo subarrat/ aut ferreo aut argẽteo aureo ve prout facultas cuiusq; suppetit. Quod quidem ita fit pręsentibus amicis atq; Rabbi ipso: qui summam interea adhibet diligentiam aiaduertẽs an etiam indicem exporrigat sponsa: digitũ inq̃ pollici proximũ. ne per errorem aut de industria annul9 ipse medio imponatur digito/ ob eam scilicet causã qm̃ (vt Iudæorũ Thalmut habet) cũ MARIA maẽ dei desponsata esset viro: ille eam subarrauit ãnulo medio imposito digito. Hinc post CHRISTI aduentum auxerunt Thalmut suum Iudæorũ Rabbi. neq; vero fęmina vlla inter Iudęos repe ritur/ quę annulum portet in medio digito ob eandem scilicet causam q̃ (vt aiunt) MARIA postea illum portauerit in medio digito.

Figmentũ de Gallo

Mos cõtrahendi Matrimonium

¶ Quis Iudæorum cōmedēdi modus & vestiū vsus. Cap. XII.

INterpretatur item idem Iudęorum Thalmut: totam fere bibliam, presertim eo in loco: vbi Moyses Iudęorū dux & legifer eis pcepit: ne vescerētur carne hedina aut coquerent, ei⁹ pcipue qui nondū ab vbere matris suę depulsus esset. Exodi. 23. Non coques hedū in lacte matris suę. Ex hoc Moysi præcepto, superadditum est in ipso Thalmut aliud preceptū ab Iudęorū Rabbi qd quidē proponit tā viris q̄ mulieribus, eq senib⁹ atq̄ iuuenib⁹: ne vescant vnq̄ simul carne lacteq̄ aut caseo, alijs ve qbuslibet lacticinijs (vt aiūt) pterq̄ si cui i cessit cupiditas vescēdi lacte aut caseo aut quouis ex lacte cōfecto cibo p⁹ esū carnis: illi tū opus erit ex vi pcepti, abstinere ad horas nouē post sūptū prandiū vel cenā. Postea autem permissum est ex gratia forte nō sine rationabili causa: vt tribus tantum horis exactis post esum carnis, vescantur p libito cibo lacteo. Verum qui inter Iudęos probiores sunt, aut vitę sāctioris: abstinēt (vt supradictū est) horis nouē. Preterea ex precepto ipsius Thalmut obligātur Iudæi vt cultros quisq̄ habeat duos: vnū ad vsum carnis edendę: alterum ad reliquorum ciborum vsū. Quod tamen non satis visum est esse: qui & insuper ipsa vagina cultellorum ita sit suis distincta thecis, vt non tangatur cultellus alter ab altero. Sed & ita illos distigue re oportet, vt internosci possint cui vsui adaptandi sint. Quod vt facilius quisq̄ deprehēdat: monet vnūquemq̄ cultrum certis signare notis. vt pote qui vsui est ad esum lacteorum cibariorum tribus est notatus scissuris paruis q̄ hoc nūero optima queq̄ res insignita plibeatur. Si vero interea cōtigerit: vel casu aliquo vel de industria vsum cultellorū permutari: ita vt illo cultello scinderetur caro, quo hactenus vsus fuit in scindēdo cibos lacteos, vel contra: non liceret postea vti ad esum neq̄ impunitus euaderet. Q̄ si ille vsq̄ adeo pauper esset: vt sibi alium cultellum emere non posset, cogetur cultellum illum mittere in ignem ardentem horis tribus quousq̄ incādescat, deinde eundem in terram recōdere ad triduū vsq̄. Post autem illic eximere ac in fontē ter mittere, aut quemcūq̄ alium fluētē. Hui⁹ vltimi causa est: q̄ id etiam faciunt cum nouum sibi emerint illum, neq̄ vsus eo quisq̄ adhuc fuerit. Tunc enim priusq̄ illo vtātur (iuxta traditionem & preceptionem ipsius Thalmut) eum mergunt in fontē: aūt quēlibet fluuium alium mittunt, at non sine peculiari pce siue oratiuncula: quo tūm postea vti possūt. Iam etiam scire oportet: q̄ ex precepto Moysi ipsi Iudæi non vtuntur vestib⁹ quarū tela contexta sit ex stamine lineo simul & laneo. Deut. xxij. Nō indueris vestimēto qd ex lano linoq̄ contextū est. Sed tū Iudęi: vt gens est subtilissima: pinde minime

contenti sunt (per hæc præsertim tempora) simplicibus & con suetis vestibus indui more patrũ suorũ: sed & talib9 poti9 quib9 Christiani vtuntur hoc est discoloribus. Ita etiã diploidẽ sibi fi eri volũt ex tela duplici & q̃ texẽdo pmixta ẽ lino lanaq;. At cũ illis nõ liceat pãnũ laneũ desup assuere circa collũ: pmissum est tñ eis ab ijs q Thalmut illud conscripsere: vti corrigiam ex co rio circũligent diploidi. tum autẽ pannũ desup cõsuũt/ quo pa cto linũ separatũ esse putant ab ipsa lana.

¶ Iudæi CHRISTVM nõ sua virtute miracula fecisse mẽ tiuntur. Cap. XIII.

Dixi superius ante CHRISTI aduentum fuisse qdẽ Iudæorum Thalmut: sed q̃ posteri successu tempo rũ auxerunt/ deprauarunt. Et multa qdẽ eorũ q̃ i eo cõtinẽt dicere possẽ, sed breuitatis studio prætereo. Inter hæc atq; alia scribit IHESVM quem CHRI STVM vocãt multa qdẽ signa fecisse: sed q̃ nõ sua virtute fe cerit. Quo igitur modo? In tẽplo (ait) quod fuit Hierosolymis lapis erat præciosus miræq; virtutis: quem diuina prudentia il lic relictũ fuisse putãt ab ipso Salomõe rege. In quo lapide iscri ptũ erat magnũ illud dei nomen tetra grãmaton qd quattuor lrĩs apd Hebræos scribit hoc modo. יהוה iod he vau he et Hebraice Schem arba othi/oth dicitur: hoc est nomen quat tuor litterarum. quod quidem nomen inter nomina dei nu mero. lxx. maximum est quod deo attribui potest. Eratq; posi tus lapis ille præciosus sub testudine templi/ ita tamẽ vt ab om nibus videri potuisset. Quicunq; vero nomẽ illud ipsum quod lapidi inscriptũ fuit/ legerat atq; memoria tenebat: is tum stati oim scientiarũ gnarus erat. Verũ extremo anathemate interdi ctum erat; ne quis tam esset temerarius vt nomẽ illud edisceret efferretq; e tẽplo. Insuper dei itidem prudentia/ subornati erãt per Salomonem regẽ sapientissimũ/ leones duo: qui ad fores tẽ pli iacebãt/ obseruãtes si quis exijsset e tẽplo secũ in animo por tãs memoriaq; retinens magnum illud dei nomẽ. Quãprimũ igitur egressus ille fuit e templo/ incipiebant mox leones rugire rugituq; pdere illũ. Sed quo rugitu adeo perterritus ẽ ille/ qs quis fuerit: vt ne litteræ quidẽ vnius tanti nominis meminisset ãpli9. Amos iij. Leo rugiet: qs nõ tiebit. Oseæ. xj. Quasi leo rugi et. qa ipe rugiet formidabũt filij maris. Si qs aũt nomẽ tñi/ vl p artẽ/ aut aliam quãlibet idustriã/ aut etiam per fraudẽ voluisset secum secreto deferre (Nichil namq; tam erat dignũ/ neq; char ta neq; mẽbrana: i quo scribere licuisset nomẽ illd & tñ si qs etiã clã illd charta excepisset/ nimia duct9 temeritate) hic q̃primũ e templo pdijsset: mox rugiẽtib9 leonib9 (tũ qa interdicto maxio vetitũ erat) medius crepuisset/ ac in mille ptes disruptus esset.

Cap. 8.

Adducet domin⁹ super te gentē de longinquo &c. gentem procacissimam: quæ non deferat seni / nec misereatur paruuli etc. Dicūt pręterea hūc Titū fuisse de generatione Agag. amalach. Regū primi. Et agag regem amalach. qui & ipse hostis fuit Iudæorū infestissimus. Neqꝫ vnq̄ (inquiunt) fuit homo in terris / q maiores ac plures blasphemias in deū israel locut⁹ sit / q̄ Tit⁹. De quo scriptū est in parabola Machabeorū. ij. c. ix. Eo q̄ ita superbe locut⁹ est se venturū hierosolymam / et cōgeriē sepulchri Iudæorū eā facturum. Attamen nulla ei fuit iusta causa bellum mouendi cōtra ciuitatē tam sanctam. Igitur qd per ipsum factū est: per superbiam est factū. quæ sane eum impulit ad cōgregandum exercitum ingentē / ac pene innumerabilem. Quē quidē exercitū / cū iā traijcere vellet per mare: orta est tempestas validissima: ob quā ille ad iracundiā (vt erat superbissim⁹) prouocatus fuit et voce clara clamans / hęc protulit verba. Quid tu nūc moliris Iudæorum de⁹ aduersum me? An vis hic me submergere cum his copijs meis sicut Pharaonē cum toto suo exercitu submersisti in mari rubro? Itaqꝫ me conaris nunc arcere ab hac expeditione cepta aduersus Iudęorum gentē. Sed frustra conaberis. Vix sermonē finierat: & audita vox est de cęlo ad ipsū. Tite exauditus est sermo tuus: sed excitabo aduersū te vermiculū in terra qui præliabitur tecū. Mox sedata est tempestas. Cū igitur ad littus et ad portū appulissent / gauisus est plurimum Tit⁹ & qui cum eo erāt omnes. Verum subito et quasi de improuiso vermis paruus et modic⁹ aduentabat volans atqꝫ nasum eius subintrans ad cerebrū vsqꝫ. Volunt nōnulli hunc vermiculum vespam fuisse. Ille aūt in furorē versus / a nemine opem sperare potuit. Vnde tum in mentem eius venit superbissimus Nabuchodonosor babyloniorū rex: qui & ipse a Iudæorū deo ob suā superbiam et blasphemias ī deum / plagis grauissimis correpť fuit. Nā vt scribitur Danielis. iiij. Septē annis cū bestijs immo vt bos fœnum comedit. et rore cęli corpus eius infectum est donec capilli eius in similitudinē aquilarum crescerent: et vngues ei⁹ quasi vngues auium. Quapropter et ad dominū Iudęorum deum coactus est clamare eūqꝫ præcari vt sui misereatur. Verba autem eius huiusmodi erant. Domine deus israel agnosco errorem meum & impotentiam: in qua tamen stulte confisus / populum tuum quē tu in manu forti ex Egypto eduxisti prosequi volui / quod & nūc certe me pęnitet. Tu ergo miserere mei. Titus igitur cum se iam derelictum vidisset / et nichil posse suis viribus: exercitum reducere / ac in patriam reuerti coactus est. Post aliquantū autem temporis / vęnęrunt ad ipsum legati nū-

ciantes ei q̃ grauiter peccasset populus Iudæorum in deum suum:ob quod statuisset eos punire de9. Quamobrem iam quidem adesse tempus maxime oportunum traiiciendi mare exercitum ad destruendam Hierosolymam. Quibus Titus hunc in modũ respondit se quidem alias tẽtasse huiusmodi expeditionem:ob quam a se offensum deum Israel esse plurimũ atq; grauissime adeo vt minime sibi persuaderi possit/ vt rursum tale quid tentet. Sed et bellum tamen ei esse animo aduersus occidentales populos.proinde iussisse suis/ vti machinas tormẽtarias:vt catapultas ceteraq; id genus bellica instrumenta illuc versus disponerent statuerẽtq; ac parata haberent dum proficiscerentur.Værum in crastino tota dispositio illorum instrumentorum controuersa et ad orientales partes respiciens inuenta est. Quare aduersa ab iis qui apud Titum erant prudentiores/ et veluti consiliarij viri suasum est ei vti expeditionem susciperet sibi a deo prædestinatam. Titus autem nõdum satis ad eam rem animatus/iussit denuo bellica illa instrumenta occidentẽ maxime versus disponi ac dirigi:simulq; iacula vt emitterent. sed tela retrouersa ad orientem volare maxime versus eam partem cęli sub qua Hierosolyma dephęnsa sunt. Quod vbi toties animaduertit Titus necnon cum audisset ex veridicis nũcijs in Iudæa dei præsbyteros occisos a suis esse q̃ plurimos:ita fertur esse locutus. Iam vocor haud dubie ab ipso Iudæorum deo in vltionem tantę maliciæ quam in suos commiserunt sacerdotes nequissime. Expeditione igitur parata/iter rursus tentauit/ac mare iam traiecit:necnõ multo post Hierosolymam circumuallauit obsidione grauissima. quã et tandem vrbem expugnauit/ac funditus euertit atq; deleuit. Vrbem inq̃ illam quam(vt scriptum est Deuter. xi.)dominus deus semper inuisit:et cuius oculi in ea fuere a principio anni vsq; ad finem eius. Taceo de templo: quod in ea extructum erat immensis sumptibus. De quo scriptum est Regum.iii.cap.ix. Sanctificaui domum hanc quam edificasti vt ponerem nomen meum ibi in sempiternum:et erunt oculi mei et cor meum ibi cũctis diebus Parabo.ij.cap.vii. Elegi enim et sanctificaui locum istum: vt sit nomen meum ibi in sempiternum/et permaneant oculi mei et cor meum ibi cunctis diebus. Sed tu domine deus respicere digneris ad impietatem inimicorum tuorum. Psal. Leua manus tuas in superbiam eorum: ne obliuiscaris voces inimicorum. Psal. Si oblitus fuero tui hierusalem : obliuioni detur dextera mea. Et ibidem Adhereat lingua faucibus meis:si non meminero tui. Si non proposuero hierusalem in principio let-

cię meæ. Proinde iuxta promissum velis atq; digneris nouam ędificare ciuitatem. Psal. Vt edificentur muri hierusalem.

De Templo Hierosolymitano concertatio. Cap. XV.

Sciendum est q; ex Iudæis plurimi sunt qui dicant templum postea instauratum pulchrius ac præciosius fuisse templo priori. Plurimi item sunt qui contra sentiant prius videlicet pulchrius et præstantius fuisse posteriori. Ac ita quidem contentio inter Iudæos orta fuit. Sed de posteriori templo hęc scripta sunt. Agei. ij. Magna erit gloria istius nouissimi plusq̃ primi dicit dominus exercituum. Esdre. i. ca. iij. Omnis quoq; populus vociferabat clamore magno in laudando dominum eo q; fundatum esset templum domini. &c. Hæc quidem licet ita de templo posteriore scripta legantur: attamen Iudæorum Rabbi dicunt primum templum summa dei prouidentia edificatum esse. cuius quidem curã Salomoni sapientissimo dominus mandauit. Quantis sit autem sumptibus extructum: hic liquebit Paral i. ii. ca. ii. Numerauit igitur Salomõ omnes viros proselitos qui erant in terra Israel post dinumeratione quã dinumerauit Dauid pater ei9: et inuẽta sunt centũ & quinquaginta tria milia et sexcenti. Fecitq; ex eis septuaginta milia hominum/ quæ humeris onera portarent: et octoginta milia/ quę lapides de montibus cederent. &c. Res profecto admiratione digna. Quam si quem diligentius videre iuuet: legat tertium de regibus librum. At huius (prothdolor) templi omnino sunt iam obliti Iudæi qui aliud nichil curare videntur/ q̃ vt vindictam petant a deo aduersus gentes alias. Psal. Effunde iram tuam in gentes: quæ te nõ nouęrunt/ et in regna quę nomẽ tuum non inuocauęrunt. & redde vicinis nostris septuplum: & in sinu eorum improperium/ qd exprobrauerint tibi domine. Hanc quidem interpretationem vbi compleuerint: aliam mox longiorem vocibus altis intonant. qua petunt a deo aliud sibi templum instaurari tam etiam breui/ vt illud conspicere queant oculis suis dum viuant. Adeo autem vociferant ad inuicem/ vt alius alium vociferando superare contendat. Idq; putant fore vtile sibi. Tum quoq; ianuas in edibus aperiunt omnes/ quã maxime possũt. Iam hic animaduertere licet quantis clamorib9 cõcertãt Iudęi super aduentum Messiæ sui qui promissus eis est in lęge per prophętas.

De aſino

Zacha.ix. Ecce rex tuus veniet tibi iuſtus et ſaluator ipſe pau
per/ & aſcēdēs ſuper aſinā et ſuper pullū filiū aſinę. Et hic quidē
aſinus ille eſt: quem ab initio mundi creauit deus. Eſtq́ idem
hic aſinus ſuper quē Abraham inſedit/ cum filium ſuum Iſaac
iret oblatum. vt habetur Geñ. xxi. Et erat quidem aſinus ille tā
dignus: vt a nullo q̄ ab ipſo Abraham inſterni ad equitandum
mereretur. Vnde ſcriptum eſt ibidem. Igitur Abraham de no-
cte conſurgens ſtrauit aſinum ſuū. Vſui quoq; idem hic aſinus
Moyſi fuit in Egypto. Exodi. ix. Tulit ergo Moyſes vxorem ſu-
am et filios ſuos et impoſuit eos ſuper aſinum. Et multi quidē
Iudæorum ſunt qui credūt eundem hunc aſinum eſſe ſuper quē
Balaam inſedit. Quapropter et mane ſurrexiſſe ſtrauiſſeq; illū.
Numeri. xxii. Surrexit Balaam mane et ſtrata aſina profectus
eſt cum eis. Bona tamen Iudæorum pars aliter ſentit: vtpote il-
lum minime fuiſſe dignum qui ſuper talem tantūq; aſinum ſe-
deret/ ſuper quē ſeſſurus erat eorum meſſias. Quoniam ex falſis
prophętis extitit vnus ipſe Balaam. Et nullus quidē ex Iudæ-
is ſeu vir ſeu fœmina eſt qui vel quæ non crędat hunc eſſe aſi-
num illum ſuper quem venturus eſt meſſias eorum. Et ſperant
omnes ſeſe viſuros aliquando meſſiam ſuum. Proinde cū quis
ex Iudæis ſiue vir ſiue fœmina alteri alicui Iudæorū promiſſū
fęcerit aut votum vel iuramento ſeſe ad agendum quicq̄ aſtrin
xerit: tum ita promiſſum/ iuramentum ve corroborant atq; con
firmant dicentes/ quiſq; ſcilicet in hunc modum. Non videā di
em illum in quo venturus eſt meſſias noſter: ſi non ſeruauero
firmiſſime/ quæ promitto me facturū. Suntq; in hac promiſſio-
ne ſeruanda mulieres et vxores Iudæorū multo ſeueriores cō-
ſtantioreſq; q̄ ſint viri ipſi. Quod hinc euænit ꝙ inter viros
fœminę minores immo nullius fere penſi habeantur: propterea
ꝙ circunciſio illis non ſit conceſſa ſicuti viris. Atq; hinc ne pro-
bare quidē poſſent ſeſe eſſe Iudæas vt earū viri et cęteri maſcu
li/ Iudæi cenſentur propter circūciſionem. Nec eandem ob cau
ſam digne habeantur: quæ poſthac vitam poſſideāt ęternam.
Neq; quoq; conuerſationem vllam habiturę ſint cum deo. Qz
viros quidem ipſos ſæpe vocauerit acclamaueritq; dęus/ fœmi
nas autem nunq̄: Prouerbiorum. viii. O viri ad vos clamito.
Hinc eſt: ꝙ viri in gente illa Iudaica peculiarem quādam prę-
cationem habeant quam ſingulis fere diebus quiſq; orat atq;
dicit Benedictꝰ ſit dæus in æternum: ꝙ non fœminam me ſed
marem creauit.

Mos iurādi apud Iudæos

¶ De quodam Iudæorum feſto. Cap. XVI

Est item & quoddā magnum apud Iudæos festum: quod quidem celebraf ab eis pq̄ magnifice primo die mensis Septembris/ iuxta Moysi traditionem. Leuit.xxiij.Mense septimo prima die mēsis erit vobis sabbatū memoriale. Numeri.xxix. Mēsis etiam septimi prima dies venerabilis & sancta erit vobis: omne op9 seruile nō facietis in ea. Hunc quidem diē maximis leticijs cō celebrant: canūtq; in eo tubis & cornibus non quibuscūq; sed quæ facta sunt ex ossibus atq; cornibus arietis. Idq; hic causā habet atq; originē: q̄ Isaac cum a patre duceref ad victimā/ ariete inter dumos cornibus herente liberatus sit. Geñ.xxij. Leuauit Abrahā oculos suos/ viditq; post tergū arietem inter vepres herentē cornibus. Sed et in memoriam quoq; eius: q̄ ad sonitum tubarum/ muri ciuitatis Hierico funditus corruerunt. Iosue.vj. Cōclamabit omnis populus vociferatione maxima: & muri funditus corruēt ciuitatis. Credunt item ipsi Iudæi demones quoq; subsistere minime posse: quoties percipiunt cornium istorum clangorē/ atq; illis proinde non impedientibus/ suas deprecationes sursū euolare ad cęlum. Qui vero cornu canit ipso tā sancto tamq; digno (vt eorū plane fert opinio) hunc esse oportet Iudęum optimū atq; probissimum. Qui si tum recte cecinerit: incredibile est/ quātum ob id afficiantur leticijs. Sin cōtra: nō minore tū videbis eos merore affectos. Neq; id ita accidisse pręter causā asserūt. Propter peccata nāq; sua id euenisse haud dubitant. Sed nec toto deinde anno efficere se posse quicq̄ crędunt cū ꝓsperitate. Igitur autem hūc diē (vt dixi) tanta veneratione obseruant: q̄ (vt eorum Thalmut refert) illo die Deus mundū creauerit. & in septimo eiusdē mēsis die/ ab omni opere requieuerit. Sunt tamē inter eos nōnulli Rabbi/ qui mundū initium accępisse crędant primo die mēsis Martij. At in hac controuersia maior pars Iudęorū ei potius consentit/ qđ eorū Thalmut scribit: quem diē vt pote primū mensis Septembris/ cum leticia summa celebrāt veneranfq; haud aliter q̄ Christiani primū colunt diem mensis Ianuarij. Quo etiam die sese in libro vitę scribendos a deo sperāt. Neq; illo etiam die quispiā dormire audet: ne forte ipso dormiente/ angelus quoq; eius dormire cogaf. Prandio autē facto/ si prope adest fons/ aut riuus profluens illuc vna omnes accedunt/ ascenduntq; pontē ipsum qui euntes ducit trans fluuium: atq; in illo consistentes obseruant diligentissime/ si quos pisciculos in ipso fonte aut fluente aīaduertere possint. Vbi autem viderit aliquos: tū mirū i modū exhilarāt/ ac vestes quoq; cōcuti-

unt super illos Quibus fugientibus:sua simul peccata auferri a se autumant illis vtpote piscibus secū deferentibus. Micheę. vij. Deponet iniquitates nostras/ & ꝓijciet in profundum maris etiam peccata nostra. Magna tū profecto leticia illos excipit/ propterea ꝙ se scriptos esse in libro vitę arbitranť. Sed vt scriptura illa sigillo dei obsigneť: conueniunt rursū oēs in synagoga/ decimo die eiusdem mēsis Septembris depræcaturi ob id deū. Tum vero si quis affuisset ex nostris: is certe mirabiles & inordinatos atq incōpositos illorū gestus aiaduertisset. cū ad deum depræcantes clamant inter se imo vociferant atq simul corpora mouēt/ nunc dextrorsum/ nunc sinistrorsum/ nūc etiā antrorsum atq retrorsū: hunc ducti iuxta illud Psalmistę. Oia ossa mea dicēt dñe quis similis tui. Itē custodit dominus omnia ossa mea. Hūc quidem diē ita cōcelebrāt atq agunt ex Moysi traditiōe: qui illū instituit atq scriptum reliquit. si quis eum colat ieiunijs & corporis sui afflictione: hunc indubie cō secuturū veniam suorū peccatorum. Leuit. xxiij. Decimo die mensis huius septimi/ dies expiationū erit celeberrimus. Nūeri xxix. Decima quoq dies mensis huius septimi/ erit vobis sctā atq venerabilis/ & affligetis animas vestras. Prius aūt ꝙ aduenerit decimus ille dies: ꝑparant se ad eū omnes ieiunijs (vt dictū est) & elemosynis & alijs bonis operibus: vt sint mundi in suis synagogis. Neq id quidē sufficere putant ad sui mūdationem: sed & termas quoq ingrediuntur lauandi amplius sese gratia. Et si quibus facultas suppetit: ij tum etiam camisias nouas atq candidas/ aliasq vestes nitidas induunt. Vt autem nichil desit ad huiusmodi mundationem/ simul eūt oēs ad ꝓfluentem aquam: quā nudi ingrediuntur ad cor vsq/ nudi inq adeo vt ne femoralia quidem circa pudibunda retineant/ sed abijciant protinus atq deponāt. Hinc secum quisq stans in ꝓfluente/ cordetenus suam tacite profert confessionem/ tundēs simul iterea pectus atq cor suum pugno/ haud molliter. Præterea adsit oportet mascula ꝑsona aut in ipso flumine aut secus littus/ qui omnia quæ ille facit animaduertat attendatq. Necnon & ter caput suum illum immergere in aquam oportet intantum/ vt non appareat in capite eius capillus vllus. Quod si quidē bis recte fecerit/ tertio aūt haud ita: tum denuo iubetur ter ac si nondum tentasset/ suum immergere caput. Atq hæc quidem causa est cur adhibeatur ad eam rem mascula persona: quæ testimonium ferat recte factam illiusmodi imersionem esse. Egrediens autem ab aqua hoc pacto lotus: tam purus existimatur/ ꝙ fuerat cū ab vtero matris suę egressus est. Mox tum adsunt qui salutem illi optant atq præcantur. Sed & fœminæ

non minus ista curant pagere. Pridie autem q̃ diem illum de-
cimum festū agant celebrentq; mane consurgūt oēs sibi ꝓui-
dentes de mūere qd offerāt ad diē festū exēplo Abrahę de quo
scriptum est Gene.xxij. Igitur Abrahā de nocte cōsurgēs.&c.

¶ De sacrificijs quæ in hoc festo a Iudæis superstitiose admini
strantur. Cap.XVII.

OBlationis quidem ritus ita se habet. Viri oēs & iuue
nes & senes gallum ferūt albū ad synagogā: quisq;
pro conditione sui status. Sed & pueri in cunis ad-
huc positi/idem faciūt quod mulieres. Tam autem
curiosi in hac re sunt: vt huiusmodi aues non pos-
sint nimio apud illos constare. Verum si tum haberi nequeant
tales/vtpote albas/accipiant oportet tales/quales reperiūtur.
Sed nō sine persuasione inducti albedinē in illis magis optāt.
Nā vt vulgo dicitur: contraria contrarijs curantur. Si igitur
(vt ipsi autumant)peccata rubra sūt: necesse est cōtraria qua-
litate curentur.hoc autem est colore albo Esaiæ primo. Si fu-
erint peccata vestra vt coccinum: quasi nix dealbabūtur. et si
fuerint rubra quasi vermiculus: velut lana alba erunt. Hmōi
gallos atq; gallinas lingua sua ipsi appellāt capporo lingua
autem teutonica/mortificationem suorum peccatorum perpe
tuam/aut suoꝝ pctōꝝ deperitionē. Et licet sūmo mãe (vt dixi)
surrexerit: nemo tñ ex illis seu vir/seu mulier/ seu puer adhuc
iacēs i cunabulis/audebit gustare cibū potū ve priusq̃ aues il
lę quas obtulerint: benedictę fuerint. Tū si volet ipse pater
familias suum benedicere gallū: illum per pedes apprehēdit
et ter illū circum caput suum circūgyrat/ ac profert iterea aut
forte post oratiunculam quandam quę vix tāta est quantꝰ est
Psal. Miserere mei deus secūdum magnā misericordiam tuā.
Oratiunculę quidē effectus huiusmodi est. Si forte moriturꝰ est
sequēti deinde anno homo ille/ exigēte suum naturę debitum
gallum hunc ipsum fore qui pro illo mori necesse habeat/atq;
in sēpiternā piturum dānationem. Simili pacto agit cum gal-
lina vxoris suę: sed quam nō circa suum sed illius caput ter cir
cunducit. Atq; hæc quidem ita facere mulieri non permittitur
q̃ ad tātā rem minime digna putet. Si quis aūt iter viros etiā
nō satis idoneꝰ ob imperitiā literaturę videret vt possit aues be-
nedicere: rogatur tñ ab illo proximior sanguine/qui sciat & no
uerit. Ex his quidem auibꝰ tā gallis ipsis q̃ gallinis: diuites ne-
quaq̃ in cibum quicq̃ sumunt q̃ maledicti credāt/& q̃ pctā eo-
rum portent. Quorū ꝓpterea intestina atq; brachia/reliquaq;
huiusmodi/p tecta domorum passim ꝓijciunt/ea quidem intē
tione/vt volucres/coꝝ sīl auferāt peccata/ac portēt lōgissime.

At pauperes nichilominus/ qui inter ipsos Iudæos plurimi sūt/ a suis siquidem peccatis absolui quoq; velint; sed vnde comparent sibi tales aues non habent: gaudēt si a diuitibus sibi præbeanť tales aues quas comedant. Hæc autē cur dicā vnusqsq; statim intelligere potest. &c.

¶ Q; Iudæi erga Christianos crudeles. Cap. XVIII.

Cap. 16

Illud etiam iam prætereundum non est q; cū Iudæi ipsi (vt dixi) summo mane surgunt nono vt pote die mensis Septēbris: qui primus illis occurrerit ex Christianis: hunc execrātur ac simul dicunt det deus vt sis/ fias ve tu ipse hoc anno gallus meꝰ. Ita & mulieres sese habent erga mulieres Christianas. Nec piget Iudæum nonunq̄ morari in eodē loco per vnam horam aut duas; donec occurrat ex Christianis is præcipue a quo aliqñ se iniurijs affectū dolet: cui tū maledicere possit. Atq; id quidem adeo sibi est cordi vt mox ad suos reuertatur: apud quos iactet sese expectasse qdem tātopere Christianum hominē qui sibi occurrisset/ at tādē quē cupierat offēdisse. Quia vero per occasionem accidit vt de inclementia Iudæorū erga Christianos aliquid dicerē: latiꝰ de ea prosequi oportet hoc quod subsequitur exemplo. Erant in opido quodā paruo vir atq; mulier professiōe Iudæi quibꝰ erat filius vnicus/ annorum quiq; aut sex aut circiter. Hic puer quoniam inter pueros Christianos per negligentiam siue incuriā parentū ludere solitus est: accidit vt aliquoties cum pueris illis in ecclesiam concurrerit Christianorū. Ast vbi inde cū alijs similiter domum redijt/ veniensq; ad matrem illi nunciauit qđ viderit. In primis aūt se vidisse ait pulcherrimam scholā hoc ē Ecclesiā Christianorum. Nā scholam ipsi appellant synagogā/ nos Ecclesiā. Audiēs hoc mater pueri/ stupefacta est ad verbū eiꝰ. & fortassis puerū ipm ea de causa virgis castigauit/ vt mos parentum est circa pueros delinquētes. In crastino vero puer oblitus tā monitorum q̄ verberum/ iterum cum pueris alijs in Ecclesiā cucurrit. Qđ vbi mater anxia obseruauit & animaduertit/ patri pueri indicat. Ob qđ & a parte etiam castigatꝰ est ac virgis cesus. Puer nichilominus suo more delectatus/ in Ecclesiam cum Christianorum pueris a parētibus dephensus est cucurrisse. Qđ certe iniquo ac graui animo tulerunt. Sed prior ipsa viro suo locuta est hunc in modum. Hic filiꝰ noster dedecori nobis proculdubio erit: si ita illum permiserimꝰ. Quare cum de eo nichil sperare possimus/ quod nostris obediat monitis atq; præceptis: tutius erit illū clādestine auferre e medio. Durus profecto hic sermo patri fuit vt qui filium suum vnice diligebat. Verum ita mulier cū eo egit vt omnino iā illi obseq

cogeretur. Dissuasit nāq ꝙ puerilis adhuc esset filius vtriusq ac incaut⁹:sed futurū quo lõge aliter sentire posset. At parū his ꝑfuit argumentis apud mulierē:quæ iam cordata omnino erat proprium interficere filium.filius(inquit)noster proteruus est. Deuter.xxi. Nescis tu quæ scripta sunt Zacha.xiii. Dicent ei pater eius et mater eius qui genuerunt eū:non viues.quia mēdacium locutus es in nomine domini &c.

¶Q Iudæi sabbatū summopere venerātur. Cap.XVIIII.

VErum vt rem gestā vt cępi prosequar/ scire oportet hunc esse morē Iudæis atq lęgē: vt in sabbato qui septimus dies est hebdomadis nichil omnino agāt neq ignem attingāt/neq lumē accendāt aliquod. Exodi.xxxv. Non succendetis ignem in omnibus habitaculis vestris p diē sabbati. Quo fit vt qdquid in sabbato cocturi sunt: pridie coquāt ac ꝑparent. Hinc quoq præceptū eis est Exodi xvi. Cras quodcūq opandum est facite:& quę coquēda sunt coquite. Septimo autem die sabbatū domini dei tui est:non facies omnino opus in eo. Hunc diē adeo diligēter custodiunt: vt si quis egrotaret in eo ad mortē vsq/ nō tamen liceret lumē aut ignē succendere. Pręterea si aut musca aut culex aut forte aranea super cibum currere deprehenderetur:nichil mali inferre bestiolis illis quispiam ex ipsis auderet. Vnde magna cū hilaritate diē sabbati colunt atq obseruāt ac cantibus peragūt. Et nō mō patres familias inter eos atq matronę:sed et serui & ancillæ colletantur in eo. Verū hic dies quāq genialiter agi soleat habeaturq feriatus ab ipsis Iudæis:puero tamen illi de quo iam dicere cępi/ nichil parcitum nec vt alijs gauderet de more permissum/quin mortem acerbam sustinere coact⁹ sit eo qui sequitur modo. Supra iam dictum est Iudæos solitos esse pridie q̄ sabbatū agant parare omnia quę esui sunt ac potui. Inter cętera quæ coquunt cibaria/ eodem die laganam quoq coquunt ex farina atq ouis commixta in furno calefaciunt quam et illic relinquunt in crastinum vsq vt calida permaneat. Igitur cū pueri iam sępe dicti parentes cum cęteris de familia ex more letarent pararentq(vt dixi)omnia ad diem sabbati:ipsa mater nōdum oblita verborum quę ex puero audierat laganam quandā accepit quā manibus suis veneno infecit/ deditq puero vt māducaret. quā vt comedit:mox extinctus est puer/ob nullam certe aliam causam q̄ ꝙ Christianorum ecclesiam adierat frequēs inuitis parentibus suis.

¶Q Iudæi Christianos q̄ maxime odio habent/ præsertim et sacris initiatos Iudęos. Cap.XX.

Hinc iam animaduertēdū est: quo animo Iudæi erga me aut aliū quēlibet ex Iudæis factū Christianū / se gerāt. præsertim aūt i eos qui Christianā religionē amplectūtur suscipiūtq;. ꝙ nullā aliam religionem hac nostra: hoc est Christianorū detestabiliorē arbitrentur. Proinde igitur ꝙ nimiū illam oderint: singulari ad execrandū nos vtuntur maledictione. tū mane indies tum vesperi certis horis / vt pote sexta mane: sexta itidē vesperi. Maledictio quidē hæc hebraice sic sonat lameschumeduū all tehet tyks. latine aūt sic. Ad perdendum eos qui a nobis recessære: nulla vnq̄ spes erit. Et cū miserebitur deus oīm hominū: minime miserebitur istorū. Nec id solū faciūt in nos: sed et in reliquos Christianos omnes. Verū in nos hæc eorum maledictio acrior est ac vehemētior / qđ hinc prouenit: ꝙ timent ne p nos sua secreta q̄ tūm in scriptis habent / tū de more præter scriptum faciunt / reuelata patescāt omnibus. Qua in re exēplo tali vtuntur ac ferme iam prouerbio. Erat tēpore quodā faber ferrarius: qui cum plurimos fecisset secures eos tū secum ad emporiū quoddā deferebat. Sed accidit illū cū iter faceret per siluā ire magnā et lōgam. Ingresso itaq; siluā: mox arbores minores ac frutices tremere cępetūt. Interrogantibus aūt tūc magnis arborib⁹ a paruis / quid nā ita tremerent: responsum est a minoribus. An non videtis (inquiūt) hostes hic nostros / magna cū multitudine trāsire. Interrogantib⁹ rursum maioribus: si inter hostes illos existant etiā aliqui de suis. Respondentes minores nullos existere: consolationē mox a maioribus recipiūt & qui debeāt contenti esse ac tacere ꝙ sine periculo sint. Qz aūt maiores q̄runt a minoribus / si etiā ex suis inter hostes illos existant / per suos intelligunt manubria securiū: quæ si adiūcta fuissent securibus sine dubio illis iam metuendum fuisset. ꝙ per hæc ictus dirigantur percussorum. Ita cum disputandum est Iudęo cum Christiano: non tātum timet illū ob doctrinā / quā forte habet plurimā / q̄tū ne illi sua iam sint patefacta et cognita secreta per quæ tū pōt Christianus illius Iudęi obiectiones facillime refellere. Nā solent ipsi Iudæi textus suos nunc quidē negare: nunc vero aliter ac torte atq; mendose exponere. qđ tūc minime possūt aut per difficile saltem: cū Christianus intellexerit illorum astutias oēs vel q̄ plurimas. Hinc excandescunt aduersus nos præcipue: fiuntq; similes arboribus magnis. Proptereaq; cū minime possunt reclamare / aut contradicere nobis: statim clamare incipiunt et digitis nos monstrare. Ecce hi (inquiunt) sunt / qui a nobis recesserunt defecerūtq;. Necnō insuper maledicunt nō mo-

Exemplum

do nobis/ sed et matribus nostris quarum in vteris gestati su=mus Psal. Et peccatum matris eius non deleatur.

¶ Q; Campanas Iudæi odio habent. Insuper eorum magnæ proteruiæ in religionē Xpianam exemplum quoddā. Ca. XXI

Est item et alia Iudęorū animis impressa crudelitas et insania: vt omnes illos perire veliut/ qui auscultāt Christianorū cāpanis. Propterea est illis prouerbiū cū audiūt Christianorū cāpanas: hebraice quidē huiusmodi. moeschetz. bahefel. gippuli basefel. bahefel. moeschtz. gippul. bahoscheth. Latine autē sic. Qui restem campanę ducit: cadat in sterquilinium. Itē qui ad restem pēdet trahendo atq; ducendo: hic cadat in profundum atq; abyssum inferni. Ob eam autem causam cāpanas oderunt/ q; baptisatę sint. Et quoniā nichil i sacrificiis agitur Christianorum/ nisi per compulsationē campanarum: hinc aiunt nichil ab ipsis Christianis institutum prudētius q̄ vsum campanarum. Sed tamē et ipsi Iudæi olim cum festiue maxime quicq̄ ab illis ageretur: vtpote cum neomina aut aliud quoduis festum celebraretur: morē hūc obseruabāt: vt pelues pulsarēt/ canerētq; tubis/ nec non in mōtes ascēderent altissimos/ crepitacula pulsantes. Leuiti. xxiij. Clangite buccina in montibus &c. Vnde & ipsas gētes non parū puduit hactenus/ se nō prius vsum cāpanarū inuenisse excogitasse vc q̄ Christianos. Quare neq; in hunc vsq; diem eas admittūt in basilicis suis: ob odiū scilicet Christianorum. Vt autem Iudæorum superbia/ mentis pertinacia/ cordis duricia/ et voluntatis omnino proteruitas in Christianos/ ac eorum religionē diligenti9 animaduertatur a nobis Christianis: hinc aliud quoddam exemplum ab Iudæo quodam sumptum subiicere haud videbitur absurdum; non sane fictitium aut simile anilibus fabulis/ sed reuera gestum. Verum is ipse Iudæus Christianus factus fuit/ eratq; ei nomen vir dei: homo quidem iuuenis atq; robustus & de bona insuper progenie maiorū suorum. Mirum profecto est quanto odio/ quātis contumeliis atq; illusionibus suos/ quorum antea factiones fouebat et detinebatur fauore: prosequeretur afficeretq; post susceptū baptismum. Et nihil certe indignius ferunt Iudæi q̄ a suis illudi, tantoq; magis irritatur/ quanto est gens impatientior iniuriarum. Huius autem amici quoniam ampla et clara eorum erat propagatio/ qui ob id cęteris nobiliores videri voluęrunt plurimū indignati sunt immo maximo affecti pudore adeo vt de illo nichil audire voluerint, sed nocte dieq; conati sunt vt illum e

Adagio

Historia

medio tollerēt raperentq3/ & quidem quanto potuissent secretius.qđ minime eis facere licuisset apte aut palā(Et quia vt Virgilius optim⁹ poeta ait.Quid nō mortalia pectora cogis Auri sacra fames.et itē Ecclesiasti.ca.viii.Multos enim aurū pdit & argētū)quēdā cōuenere Christianū hoiem prauū ac improbrū cui polliciti sūt aureos mōtes si se illi adiungere vellet ab illoq3 discere secreta oia quę tenebat.Christian⁹ itaq3 vt erat callid⁹ multū:se illi adiūxit ac simulauit apud eundē se magno quoq3 odio Iudæos psequi.quos et contumeliosius aiebat: fortassis q ipse psequeretur afficeretq3.Sed & indies magis magisq3 ita se gessit apud virum dei:vt iā crederetur tot⁹ illi amicitia coniun=ctus/& qui talis videret cui secreta sua fateri posset.Adeo etiā vt & cor suū illi aperuisset.Hac sane arte facile potuit Christia=n⁹ homo neq3 ac dolo plenus extorqre ab illo oēm vitę suę in=stitutionē atq3 propositū.An nō legisti bone vir dei: qđ scriptū est Ecclesiasti.viii.Nō omni homini cor tuū manifestes.Sed qs inquiet:sibi cauere poterit ab iis qui duplici sunt corde.hoc est ab iis qui aliud in pectore aliud in ore gerunt:vt Salustius ait. Quos et Ecclesiastic⁹ execratur detestaturq3 cap.viii.inquiēs. Ve duplici corde et labiis scelestis et manibus operātib⁹ iniq=tatem.De quib⁹ etiā Psal.dicere videtur. In corde & corde lo=cuti sunt.Itaq3 vir dei cū nimiū confideret homini neq:accidit vt iter facere illū oporteret ad locū in quo tū forte negocium ei erat expediendū.In qua profectione statuit sociū sibi facere/ac veluti comitē Christianū illum hoiem prauū atq3 dolosū.Pro=indeq3 cū irent/sua secreta illi pādit oia itineris suscepti.At ille mox psto affuit ad comitādū.sed interea propositū viri dei iis q id curauerāt exposuit totū.qui nō impigri aliū quēdam eiusde conditionis Christianū hoiem illi addiderunt. Insuper de suis vtpote sanguine cōiūctis duos delegerunt viros robustissimos et ad nefas facinusq3 omne malū patissimos/ qui & ipsi cum di=ctis Christianis in idem scelus cōspirarent ac couenirēt quo vi=delicet pacto quo ve in loco rem tantā iam nuper excogitatam hoc est viri dei necē parare oportunius possent.Cōuentū itaq3 est inter eos/vt cum irent simul duo dicti Christiani cū viro dei quasi eodem tēderent:illi aduerso per idē iter obuiā fierent tri=bus illis.Idq3 ita ageretur clā viro dei homine profecto inno=cente.Tū vero nō multo post accidit vt puenīēs ad locū suspe=ctū ire cogerēt: q loc⁹ vulgo velia dici pōt inter Coloniā & Iu=liacū.Cūq3 illac trāsirēt:obuij fiūt illis pdicti duo Iudęi.Quos vt Christiani illi maligni viderunt a lōge: in virū dei ptin⁹ ir=ruerūt/ac i terrā deiecērt subito/nō sine vi magna tenuērt ipm

ſubter donec Iudęi accederēt. Qui cum aſtarent: hunc in modum locuti ſunt illi. Nūc certe lues vltimūq; ſubibis ſupplicitū ac penā pro eo q; nobis toties illuſiſti. Et cū dicto Chriſtianos paululū abire iuſſęrunt. Tū illū monuęre prius vti recordaret nunc qd fęciſſet: q ſe a vero et viuo deo auertiſſet cōuertiſſetq; ſe ad hoiem mortuū. Cōſideraret quales eſſēt: quibus cū/ inter quos verſaret ageretq; vtpote q illū tradidiſſent. Et ſi duo tātū ſūt q faciūt: ex illis tn̄ aliorū mores ac cōditionē perdiſcere facile potes. Quib⁹ & benefeciſti aliquoties: ſed quā tibi reddunt mercedē nūc vides. Atq; ita cū Pſal. dicere poſſis. Eteni homo pacis meæ/ i quo ſperaui/ qui edebat panes meos: magnificauit ſup me ſupplātationē. Iā igitur tecū voluta quid egeris atq; aio tuo finē ipſū ppēde. cogitaq; etiā a qbus deſcēderis pgenerationē. qb⁹ tu ſane/ neq; melior es/ neq; prudētior aut doctior. Inter quos peritiſſimi Rabbi fuere plurimi. Tu vero dedecorare illos laboras atq; ſatagis præter meritū. His dictis proponūt demū atq; illum interrogant an vt Iudæus mori velit. q; ſi id ſtatuat promittūt iureiurādo adhibito ſe illū ęlaturū ad cimiteriū Iudæorū qd eſt extra Coloniā ad portā ſancti Sęuerini: in quo illū ſepeliāt iuxta corpora parentū & amicorū ei⁹. Multaq; pterea dictis ſermonibus addūt. At miſer ipſe dei vir taciturnus erat. Qd animaduertētes Iudęi vtpote illū nichil ad monita ſua reſpōdiſſe: protin⁹ ad ſeipſos Chriſtianos (ſi tn̄ Chriſtiani noiari digni ſunt) accerſęrunt. Qd vt aſpexit infœlix homo vir dei ita in vocē prorupit. O peſſimi traditores et nequā hoies quid tam inique mecū egiſtis: heccine eſt Chriſtianorū pbitas. Cūq; ita loqueret: accidit vt ex narib⁹ ei⁹ de more ſuo ſanguis efflueret inſtar riuuli adeo vt iā vix et loqui et videre poſſet. Apprehenſo tū quoq; manu dextra ſanguinis liquore non modico ita ad circūſtātes hinc Chriſtianos/ hinc Iudæos locut⁹ eſt cōſtantiſſime. Audite o vos Chriſtiani proditores & vos o Iudęi occiſores atq; latrones. Baptiſatus nup ſum in aqua ritu et inſtituto Chriſtiano: nūc etiā baptiſor in pprio cruore. Et cum dicto/ ſanguinem manu prehenſū ſuper caput ſuū fudit. Et non multo poſt/ voce magna exclamauit quantū quidē potuit. En morior non vti perfidus Iudæus ſed vt Chriſtian⁹ fidelis. Vix hunc ſermonem expreſſerat/ et iam in ipſum irruęrunt Iudæi duo. illū occidentes. Atq; hic ita exitus illi⁹ fuit miſerabilis hominis inq̄ viri dei qui ſane recte hoc ipſo nomine appellatus fuit. cum quo vtinā anima mea poſthoc fœliciter requieſcat hactenus.

¶ Qz in comeſſationibus Iudæi peculiares orationes habent. Qzq; vna vxore pulſa aliā ducunt. Cap. XXII

IAm nunc etiã reliqua prosequamur. Iudæi cũ aut cenam aut prandiũ facturi sunt: mos illis est etiã legere orationes quasdã/quas vulgo benedicite appellant: has summa cũ attẽtione legunt. Ita quoq; cum iam prandiũ aut cenã fęcerit: legunt alias quasdam orationes in gratiarũ actionẽ: quæ quidem longiores apud illos sunt q̃ Psal. est qui incipit Miserere mei deus. quas & legunt & voce subalta vt ab omnib⁹ audiãtur/ vtq; ab quouis cũ oportunũ fuerit respondeat Amen. Neq; id quidẽ faciunt: nisi ex eis numero tres sint ad minimũ. Q2 si duo quidẽ viri tãtũ fuerint/ mulieres aũt decẽ aut plures: nondũ dignũ satis eis videtur/ yt ita legatur ab eis vt dictũ est. Si vero viri tantũ duo/ adolescẽs aũt vnus annorũ tredecim: tum tamen morem tenent eum quẽ dixi cum plures viri sunt. Est itẽ alius mos ipsis Iudæis: qui quidẽ huiusmodi est. Si vir mulierem duxit in vxorẽ/ at illa se ita gerit interea vt vir eam merito ac bono iure odio prosequatur: potest tũ illam a se repudiare ac aliam protinus superducere. Q d̃ et mulieri quoq; eodem pacto permissum est. Quod tamẽ textus scripturę in Deuter. xxii. non plane expressit de mulieribus. Text⁹ autẽ ita habet. Si duxerit vir vxorem et postea odio habuerit eam: quęsieritq; occasiones quibus dimittat eam &c. Item Deuter. xxiiij. Si accęperit homo vxorem et habuerit eã/ et non inuenerit gratiam ante oculos eius propter aliquã fœlicitatem: scribet libellũ repudij/ et dabit in manũ illi⁹ & dimittet eam in domũ suam &c. Quod si postea viro placet eandem repetere mulierem ac ducere eã denuo in vxorem aut mulieri virum quẽ repudiauit: in arbitrio id est vtriusq;. Si tamẽ mulier vnum alium superduxisset/ qui sese ab ea per repudium seiunxisset mortuusq; esset: tum minime liceret mulieri virũ repetere priorem. Circa hũc locum Deuteronomij quẽ allegauimus tradit Iudæorum Thalmut/ necnõ etiam scribit Rabbi Salomon manifeste: si mulieri contingat virum alterum post priorem superducere/ & tamen ille minus placeat mulieri q̃ prior/ tum nescio qua vtuntur industria immo astutia (vt est hoc hominũ genus in malis promptissimum) qua repetere omnino potest virũ priorem. Oseæ. ii. Et dicit vadam et reuertar ad virum priorem quia bene michi erat tunc magis q̃ nunc. Ecclesia. xxvii. Mulier si primatum habeat/ cõtraria est viro suo. De astutia autem mulierum Ecclesiasticus ita loquitur. xxvii. Breuis omnis malicia super maliciam mulieris. Et multa quidẽ de his rebus atq; astutia mulierum scribere possem: de quibus nunc supersedere consilium michi est.

¶ Q. Iudæorum mulieres viris pertinaciores. Cap. XXIII

